



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis  
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus  
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,  
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de  
Coloniae Agrippinae, 1655**

Liber IV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10880**

FLORIMVNDI RAEMVNDI  
DE ORTV, PROGRESSV ET RVINA  
HÆRESEON SVPERIORIS SÆCVLI

HISTORIÆ


LIBER IV.

ARGVMENTVM QVARTI LIBRI.

In hoc Quarto Libro Hussiticæ sectæ, quæ Lutherana in Bohemiam aditum aperuit, origo monstratur. Deinde religionis in Hungaria, Transylvania, & Polonia explicatur mutatio. Nouitiæ sectæ cum Mahumetana comparantur. Ostenditur summa calamitas & miseria istorum populorum, apud quos omnia sectarum & hæreseon genera locum habent. Admirabiles denique mutationes in regnis Danicæ, Noruegicæ, & Suevicæ ob religionis mutationem factæ recensentur.

INDEX CAPITVM  
LIBRI QVARTI.

CAP. I.

- I.  *Aus Baroni veterum Haresum originem & dogmata solide detegentis.*  
II. *Consilium Authoru cur Hussitica secta Historiam inferat.*

CAP. II.

- I. **D**E Ioanne VVicleph Anglicano presbytero.  
II. *Hæretici libri combusti; & quomodo VViclephi scripta rogum euaserint.*

- III. *Similitudo haresos VViclephistica & Lutherana.*  
IV. *Artium Magister turbas excitat.*  
V. *Laudabilis Ecclesia consuetudo in prohibendis hæreticorum libris.*  
VI. *Clementis VIII. littera ad Auctorem, quibus ei hæreticorum libros legendi facis potestatem.*

CAP. III.

- I. **A**mbitio Concionatorum Bohemici schismatici causa.  
II. *Hussius VViclephi libros in vulgarem linguam transfert.*  
III. *VVenceslai Regis impura vita.*

Q 9 2

IV. Q 11

- IV. Quis Primus haeseos eorum, qui sub utraque specie communionem expetiverunt, fuerit auctor.  
 V. Hussius & Hieronymus Pragensis ad Constantiense Concil profecti cremantur.  
 VI. Turba ex Hussij morte excitata.  
 VII. VViclephus & Hussius primi pseudo martyres.  
 VIII. Qua post mortem Hussij in Bohemia evenerint.

## CAPUT IV.

- I. DE ijs qua VVenceslai regis mortem consequuta sunt.  
 II. Zisca Taboritarum dux.  
 III. Mors Zisca.  
 IV. Zisca statua ponitur; eiq; Procopius Rasus succedit  
 V. De Concilia Basileensi.

## CAPUT V.

- I. DE Calixtinis; & eorum circa utramque speciem in Eucharistia Sacramento errore.  
 II. De Picardis; & Lutheri de ijs iudicium.  
 III. Lutherus mutata sententia, Picardos Fraternitate dignatur.  
 IV. Bohemi Lutheri & Lutherana doctrina defensionem suscipiunt.  
 V. Ferdinandi leges contra Hussitas & Calixtinos.

## CAPUT VI.

- I. Hussitarum in Hungariam irrumpendi conatus.  
 II. Infelix Hungarorum dissidium & bellum intestinum.  
 III. Deprimis in Hungaria Lutheranis.  
 IV. Eorum conatus; & Catholicorum ositantia.  
 V. Persequutio contra Catholicos.  
 VI. Calvinista in Hungariam irrepunt.  
 VII. Diversa res in Hungaria gesta.  
 VIII. Quinam ex Hungaria proceribus Catholici manserint.

## CAPUT VII.

- I. FERDINANDUS Austriacus & Ioannes Sepusius de Transylvania inter se contendunt.  
 II. De Georgio Monacho eiusq; vita & morte, succincta Narratio.  
 III. Eius mors, Lutheranis in Transylvaniam aditum aperuit.  
 IV. Germani in Transylvania Lutheranam doctrinam spargunt.  
 V. Solimannus Lutheranam haesim in Transylvania eliminari inbet.  
 VI. Maximilianus Imperator a Protestantibus auxilia petit.

- VII. Quinam Principes Maximiliano auxilia subministrarint.  
 VIII. De Petroniti Arriani, qui Transylvania Principis moderator fuit, crudelitate.  
 IX. Litera Ioannis Sepusij ad Lutheranos in Germania.  
 X. Austriacorum de religione petitio.  
 XI. Mors Ioannis Sepusij novas turbas excitat.  
 XII. In Transylvania omnium sectarum genera nidulantur.

- XIII. Rerum in Transylvania mutatio.

## CAPUT VIII.

- I. POLONIA ab haesi immunis, usq; ad Lutheri circiter obitum.  
 II. Sigismundus I. Lutherana haesi se fortiter opponit: cui Sigismundi II. secordia aditum deinde aperuit.  
 III. Quinam auctores fuerint earum haesion qua stianum Poloniam affligunt.  
 IV. Polonia; & circumiacentes regiones unam tunc religionem coluerunt.  
 V. Calvinista & Lutherani confusionum istarum causam sibi invicem imputant.  
 VI. Evangelici Catholicos male appellant Turcas.

## CAPUT IX.

- I. COMPLURES novi Evangelij articuli Alcorano sunt conformes.  
 II. De Turcico quodam, qui Tolosa in Gallia fuit, Legato.  
 III. Amurathes Turcarum Imperator a Christianis non alieno est animo.  
 IV. Narratio de Gallico apud Turcarum regem Oratore.

## CAPUT X.

- I. Radicantes in Polonia regem suum criminantur, nihil eorum calumnias facientem.  
 II. De Ioanne Lasco nobili Polono, Calvinistarum antesignano.  
 III. Miraculum circa Eucharistiam in Polonia factum.  
 IV. Falsa Polychronij cuiusdam Pradicantis miracula.

## CAPUT XI.

- I. QVORUNDAM Polonia Episcoporum conatus.  
 II. Ecclesiastici status in Polonia apulentia & dignitas.  
 III. Factum Philippi Augusti Francia regis responsum.  
 IV. Palatini Podolia ad Catholicam fidem conversio.

## CAPUT XII.

- I. IN Polonia haeretici, regni Senatores esse non possunt.

- II. Cardinalis Hofius Catholicorum cum hereticis colloquia frustra impedire conatur.
- III. Diaboli miraculum, in Antitrinitarij cuiusdam corpus progressi.
- IV. De Andrea Dudithio Episcopo Quinquecelesensi.
- V. De Iacobo Palaologo, eiusque vita & morte.
- VI. De Lutheranis, Anabaptistis, Calixtinis, & alijs hereticis qui in Polonia stabulantur.

CAPUT XIII.

- I. HENRICVS VALESIVS ad Polonia regnum accersitur.
- II. Poloni Catholicum volunt habere regem.
- III. Stephanus Bator Polonia Rex creatur.
- IV. Eius successor Sigismundus Suecus cum Maximiliano Austriaco de regno contendit.
- V. Societatis Iesu in Polonia Collegia.
- VI. Minister Lutheranus Polonij natione, Romam in Iubilao profectus, ad Catholicam fidem conuertitur.

CAPUT XIV.

- I. CHRISTIERNVS Rex Dania regno eijcitur.
- II. Eius successor a Protestantibus ad commune sedus sollicitatur.
- III. Lutherus quosdam sua farina theologos in Daniam mittit.
- V. Caluinismus in Dania gliscit.
- VI. De Noruegia regno.

CAPUT XV.

- I. GUSTAVVS Svecia regnum inuadit.
- II. Lutheranus locum dat.
- III. Infamia Ecclesiasticorum coniugia, & mira constantia Religiosorum.
- IV. Gustavus religionem mutat.
- V. Eius miserabilis exitus.

CAPUT XVI.

- I. ERICVS Gustavo succedit.
- II. Magicus studet artibus, & fratrem in custodiam dat.
- III. Post septem annos rursus dimittit.
- IV. De Ponto Lagardio, Gallo natione, militia praefecto.
- V. Ericus in nuptijs fratribus necem machinatur.
- VI. A Finlandia Duce comprehenditur, & regno exuitur.

CAPUT XVII.

- I. IOANNES Rex Svecia Catholica religioni clam additus.
- II. Lagardium ad Pontificem mittit.
- III. Quid eius conatibus obstiterit.
- IV. Infelix mors Lagardij.
- V. Ioannis Regis dissimulatio.
- VI. Eius filius Sigismundus, Rex Svecia a paterno regno spoliatus.

EXCUSATIO AUCTORIS, QUOD sepe citis paulisper saeculi nostri rebus, Hussiticæ hæreseos historiam altius repetitam interponat.

LIBRI QUARTI.

CAPUT I.

ARGUMENTUM.

- I. Laus Baronij veterum Hæresum origines & dogmata solide detegentis.
- II. Consilium auctoris.

**Q**UEMADMODUM venator feram indagans, vestigia eius diligenter obseruat, ac tam diu & sua solertia, & odora casum vi ac sagacitate persequitur, donec ad ipsum feræ cubile ac recessum perducatur; sic mihi intendenti penetrare saeculi nostri hæresibus perturbatissimi negotium, & cupipienti penetrare, tanquam clarâ in luce, cuiusnam partis causa sinceris niteretur fundamentis, & cum illa deprehendissem, eadem claritate alijs etiam proponere, vt & ipsi mecum agnoscerent solidam veritatem, ante omnia visum fuit utilissime me facturum; vti ipsas hæresum origines primas, vti venator, indagarem. Hoc vero agenti immensus apparuit labor, tanquam infinita silua excutienda; nimirum authentica documenta historiarum, in præcedentibus saeculis a Synchronis auctoribus, quibus tuto credi posset, conscripserunt, conquirenda & inter sese conferenda. Qui labor quem cordatissimum non deterreret? me sane ita percolite eius magnitudo, vt id molienti videretur Dædalus quidam Labyrinthus, intricatissimis & anfractuosis vicijs ita implexus, vt euadere desperarem, ob oculos versari, & tamen animo insidebat acris spes origines hæresum solide penetrandi, vt earum fraudes & insidias detegere, & inter eas vnam veritatem regnantem possem agnoscere. O diuina prouidentia! dum hoc ago, dum angor prodire in lucem Filium, vt sic loquat, Ariadna, quo in penetrando illo Historiarum Labyrintho, vti Theseus ad recessus intimos Minotauri, securus ad Hæresum cunctarum prima cubilia

Qq. 3j

per.

peruaderem. Hoc solum sunt *Annales Ecclesiastici à Casare Barosso*, illo litterarum Dictatore, & acerrimo, veræ Antiquitatis, & Antiquæ Veritatis Vindice, cui admirabilis scientia, & tot exquisitæ lucubrationes, in præsentis sæculo Cardinalitiam purpuram, & in postero æternam gloriam meritisissime pepererunt. Vitis his Annalibus facile ex earum cum Magdeburgicis illis centonibus collatione clarè perspexi, me nullo alio indagatore opus habere, ad secundum illum *aprum & sanguinem ferum* (vri scriptura loquitur) *qui de Silua vinearum Domini peruasas*, è cubili suo excitandum, & canibus teribusque obijciendum, sed solum incumbere mihi vt quæ ille ex authenticis & certissimis monumentis demonstrasset inspiciens ad propositum meum applicarem, quod mihi ita cecidit vt interpreti opterrima vitæ meæ euenta numerans, id ipsum alijs contentissime suadeam, si fundum in Religionis dissidijs inspicere, vel siluâ hanc immensam penetrare velint. Occurrent hic Hæresiarchæ à temporibus ipsius saluatoris & Apostolorum eius exorsæ seductiones populorum, & eorundem per Apostolicam in S. Petro à Christo fundatam Ecclesiam prostratæ, nempe *Simon ille Magus*, protoparens hæresiarcharum, ab ipso Principe Apostolorum Petro è latebris in arenam atque è Syria in Romanæ Urbis amphitheatrum protractus, & veluti *Novus Icarus*, vri cum gentilibus historici appellant, è cælo prostratus, & membris contractis conuassatus ad Neronis palatium. Decegitur hic *Manâder, Basilides, Saturninus, Carpocrates, Marcion, Tatianus, Montanus, Nouatus, Paulus, Manes, Eufasius*, & alij patre illo Simone digni filij. Et porro omnes vsque ad nostrum pene sæculum *Lucifuga*, & angulis ac recessibus suis, in quibus mirum in modum sese propagant, extracti & detecti, etsi enim Magnus ille Historiarum author, ætatem nostram scribendo non attigerit proxime, ea tamen fundamenta strauit, quibus insistentes & ductum lineameotorum eius sequentes, certissimam indies in caliginoso loco tanquam lucerna prælata perspicuam attingunt & assequi possunt veritatem, nisi magis diligant tenebras, & vanitatem.

Equidem etiam illud in mentem mihi venit, vtilissimam rem facturum me, si ea quæ illi morte præuentus non absoluerat adiuncta opera mea explerem, & iisdem cum illo veltigijs reliquos ad nostrum vsque sæculum errorum Magistròs indagandos, utrem, mundoque audos proponerem,

vt Adam, vt sic clarins appareret quomodo nostri sæculi tenebriones, olim sepultas hæreses & à Romana Ecclesia obrutas, è fatidis monumentis suis rursus extraxissent, Verum hoc meditant, post multos labores apparuit etiam id ipsum adhuc esse opus plurima difficultate perspersum nec à me, ea quæ à Batonio ceptum est, gloria posse consummari, & occurrebat illud Virgilianum inuersum: *In magno labor, at tenuis mea gloria.*

Quid enim ego post tantostanti viri, Baronij dico, labores allaturum me posse sperem nisi interpretis munere, in Gallicam nostram linguam, Annales eius Ecclesiasticos vertendo, (quod tamen hominis potius est ocio abundantis, & ab alijs curis & scriptioibus vacui) fungi velim. Quos quidem Annales nec legendi nec laudandi studio satis expleri queo, quid igitur agam? Meos ego labores minores vobis ego dico, quorūque accuratiores scientias non attingistis; non vt voluptate aliqua vos pernualeam, sed vt commodo afficiam. At vobis, qui etiam cum vitæ dispendio grauioribus illis scientijs dies noctesque in vigilatis, & quos

*In libri oriens Sol videt atque cadens.*

Vobis, inquam, ego suaferim ne meis legendis operam & oleum, inprimis tempus, quo nihil vobis preciosius est, perdatis. Habetis opulentissima illa & laboriosa scripta, Genebrardi, Toleri, Batonij, Bellarmini, Valenæ, Suarezij, Maldonati, & aliorum, à quibus omnia quæcumque ipsa prodere possit scientia consignata exstant. Equidem abortus hos meos cum felicibus istorū fetibus nequam comparandos censeo, in hoc elegantem illum artificem imitatus, qui quum gallum gallinæcum in tabula delincaffet, ne vinum in officinam introuiderent, suis edixit. Imperitiæ quippe suæ conscius, opus suum cum Natura, à cuius perfectione longe aberat, comparari metuebat.

II. Quare omisso illo maiorum virum instituto, historiam tantum earum quæ à hoc & proximo sæculo extiterunt, vel potius renatæ sunt, hæreseon persequar. Inuenier hic Anglus VViclephum suum, Bohemus Hussium, Germanus Lutherum, Gallus Caluinū, famosissimos præ proximis retro sæculis hæresiarchas: è quibus etsi duo hi posteriores potissimum totius huius mei operis sunt subiectum, illis tamen duobus in hoc IV. libro locus etiam aliquis certas ob causas dabitur. Quia enim hæresin persequenti omnes Christia-

in quibus illa furoris sui vestigia tristitia reliquit, Regiones ac regna mihi obseunda sunt, ut quis in singulis tam Republicæ quam Religionis status fuerit in elapso, & sit in hoc novi sæculi, nimirum Anni MDC. initio, intelligatur: à præscriptis limitibus paullum mihi digrediendum est, & à Luthero ad alios quoque veniendum. Pro uno Martino videbis hoc loco duos Joanes, qui proxime superiorum sæculorum Ecclesiam hæresibus suis contaminant: post quos tertius tandem longeuus deerior prodibit, qui magno nisu totam Ecclesiam demoliri aggressus.

Duotum ergo istorum historiam accessamus: Licet enim ab Ænea Sylvio, Joanne Cochæo, (a) & alijs descripta exstet, nobis tamen præcipua inde quæ ad institutum nostrum pertinere videbuntur, capita excerptanda, & Lectori breuiter proponenda visa sunt. Nec inutilis, aut inuicunda erit nostra novis in quibusdam adijciendis diligentia. Postquam enim præcedentibus libris exorti in Germania schismatis, & in eadem admirabiles mutationes quas religionis inuexit mutatio, tum longam inde natam calamitatum seriem demonstrauimus; reliquum est, ut idem in vicinis ei & earundem, miseriam socijs, regnis & regionibus faciamus, ut quibus singulæ factionibus & dissidijs distractæ sint intelligatur. Erit, spero, Lectori hæc non inuicunda varietas, cui alioquin ædiolosum sit in hoc theatro solam Germaniam cum Luthero suo spectare. Quia vero prima hæreseos veneno infecta fuit Bohemia, age alterum hunc Joanni Hussio, cui illa calamitates suas debet, in scena locum demus, Lutherum deinde quod hic demoliri cœperat, totum destruentem reproducamus.

## QUOMODO VVICLEPHI HÆRESIS IN BOHEMIAM ILLATA, & à JOANNE HUSSIO PROPAGATA SIT.

### CAPUT II.

#### ARGUMENTUM.

- I. De Joanne VViclepho Anglicano presbytero.
- II. Hæresici libri combusti, & quomodo VViclephi scripta regum euaserint.
- III. Similitudo hæreseos VViclephistica & Lutherana.

IV. Artium quidam Magister turbas excitat.

V. Laudabilis Ecclesiæ consuetudo in prohibendis hæresicorum libris.

VI. Clementis VIII. littera ad auctorem, quibus rei hæresicorum libros legendi facit potestatem.

**F**UIT in Anglia presbyter, parochiæ cuiusdam Curio, Joannes VViclephus nomine, homo non vulgaris eruditionis, præsertim in Theologia quam profitebatur scientia. Hac ille sua quantumvis exigua doctrina in status Vigorniensem Episcopatum ambiverat; non minus ignominiose quam ambitiose quem petiverat, repulsus. Hac illi repulsa irritatus, omnes vindicandi se occasiones circumspexit, more hæreticis ab antiquissimis usque temporibus usitato, qui passione aliqua vehementi à via communi abacti deprehenduntur. Sic enim ob similem causam Ecclesiæ sese subduxit Valentinus, ut Tertullianus exprobrat; sic Marcion, scribente Epiphano, sic Montanus, testante Theodoro, sic Novatus, Sancto Ambrosio teste. Atium quidem, eo quod Episcopatu indignus iudicatus fuerit, hæreticum factum, Epiphanius scribit; (a) ut & Nestorinum. (b) Paucos certe ab Ecclesiâ deservisse constat, qui non hanc commentitiam alicuius, quam illatam sibi videri volebant, iniuriæ ansam arripuerint. Idem VViclephus fecit: qui quum Theologiam in Oxoniensi Academia profiteretur, irritatus, ut dixi, quum Ecclesiâ, à qua repulsus fuerat, auctoritatem, tum quosdam Catholicæ Fidei universali hætenus consensu receptos articulos in dubium revocare cœpit; tanto maiori cum scandalo, quod ab omni hæreseos ministro tum immunis esset Ecclesiâ. Quo vero Regi doctrinæ suæ virus in tanto facilius instillaret, persuadere ei conatus est, ipsum Anglicanæ Ecclesiæ esse caput, nec, excepto uno Iesu Christo, aliud ipsi agnosendum: qua quidem arte plerique omnes hæretici terræ Reges ac Principes in suam rursam pertrahere studeant, quos tamen ipsos illi ipsi turpiter exautorant. Sed dogmata hæc vix à VViclepho spargi cœpta, primum Nationali Angliæ Concilio, deinde Parisiensi; quæ patem tum non habebat. Universitatis censura, tandem etiam Universalis Romæ congregati Concilij decreto, hæreseos & impietatis fuere condemnata. Initio quidem cõprehens⁹ fuerat, sed quia pœnitentiâ simulâ bariterum

a in Historia Hussitica. a Hæres. 24. b Theod. lib. 2. Eppip. Hæres. 13.

rum dimissus. Quum vero hæresin suam disseminare non cessaret, proscriptus, ut Lutherus apud Saxonem, sic Wiclephus apud Lancastriæ Ducem latibulum quaesivit, & inuenit. Tandem quum patriæ haud ita multum incommodasset, plerisque doctæ eius constanter se opponentibus, mortuus est Anno MCCCLXXXVII. Eius mortem VValsinghamus qui Angliæ res litteris prodidit, sic describit (e)

Die qui S. Thoma Archiepiscopi Cantuariensis memoria sacer est, quum Ioannes VViclephus, diaboli organum, hostis Ecclesiæ, & mendaciorum artifex ad conscientiam esse prepararet, iusto Deo iudicio in paralysin incidit; sic ut impurum illud os, quod tantas contra Deum & Sanctos blasphemias euomere consueuerat, mirabiliter non sine spectantium horrore distortum apparet; lingua ultra modum incrassata, ad confitendum peccata ei verba negaret; & tremens caput aperte ostenderet, sententiam quam contra Cain Dominus pronunciauit, contra ipsum latam esse. Mortuus, discipulos aliquos reliquit, qui, ut eius aui scriptores testantur, nefandis criminibus & libidinibus se polluebant. Tandem XXI. post mortem eius anno, publico iudicio condemnatus, ossa eius, unâ cum omnibus, qui reperiri potuerunt, ab ipso compositis libris, combusta sunt, ut tam detestabilis hominûs memoria penitus aboleretur. Ita VValsinghamus (d)

II. Eodem modo Arrij scripta, Constantini iussu Nestorij, edicto Theodosij & Valentianiani: Eutychie & Apollinaris mandato Imperatoris Martiani cremata sunt, itemque aliorum qui post illos exstiterunt: qui etsi innumeros fere libros scripserint, illorum tamen omnium nulla exstat memoria, quam quod publicis tam Ecclesiasticis quam Ciuilibus magistratus edictis hæreseos damnati, & igni adiudicati leguntur (e) Nec tamen VViclephi scripta sic aboleri potuerunt quin eorum nonnulla à quodam ipsius discipulo ab incendio seruata & alio asportata sint. Cochleus Anglum fuisse dicit, Petrum Payne nomine, ex domo quam putridi piscis vocabant. At historia pseudo martyrum Bohemum fuisse ait, genere nobilem, qui Oxoniæ litteris operam dederit. Hic libros VViclephi primus in Academiam Pragensem tum celeberrimam, attulisse fertur. Alij Hieronymum Pragensem, de quo postea nobis sermo erit, Oxonia domum reuersum, VViclephi quædam scripta secum asportasse dicunt, quæ iuuentus Academica, no-

uiratis plerumque auida, magno studio sibi compararit. (f)

Et hac quidem ratione putridum VViclephiticæ hæreseos semon, quod patrium solum respuebat, in alieno solo, à putrida illa manu satum, facile succreuit. Et sicut is qui primus Iesu Christi Euangelium in Saxoniam intulit S Bonifacius, (g) ex Anglia prodijt; sic ex eadem natione is qui primus eam hæresi infecit, est exortus. Quamprimum vero Vniuersitas Pragenfis, cuius regimen tum penes Germanos erat, de VViclephi scriptis rescuit, eorum lectione tamquam hæreseos damnatorum suis statim interdixit.

III. Inter absurdas vero & impias VViclephi opinioniones facile primum illæ de Sacramento Altaris locum obtinent, à Luthero postea resuscitæ quiimpanationis primum auctorem se fert, turpi hac gloria VViclephum defraudans. Hic enim ita argumentabatur; quemadmodum Iesus Christus simul sit verus Deus & verus homo; sic hostiam consecratam esse simul corpus Iesu Christi, & verum ac naturalem panem. At, si comparatio hæc naturæ panis & naturæ Corporis Christi in Sacramento bona est vtrique sic bona erit, ut sciti Natura Diuina & Humana in Christo Domino est vna hypostasis, substantia, seu persona aut (suppositum) nam varijs nominibus SS. PP. Concilia, & Theologi ista secreta rudibus explicare conantur; & quidem diuinum, quod fuit ab initio apud Deum, & erat Deus, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero &c. (h) Sic Corpus Iesu Christi & naturalis panis in Eucharistia VViclephistica erunt vna Hostia consecrata, & consequenter tam Verbum æternum, eiusque diuinitas pariter & Humanitas cum pane naturali, subsistent in hostia consecrata, tanquam in supposito Nouo, quod est grandis blasphemiam, & omnino est impossibile: Vel certè natura panis cum suis accidentibus assumetur ad humanitatem & diuinitatem, ut subsistat in personalitate Dei, ut sicuti olim dictum est, (i) Verbum caro factum est, & Deus homo factus; ita nunc nouo conditore vel Spiritu nouo VViclephi operante, verus fiat sermo: Verbum panis

c VValsingham pag 338. d Vid. Tho. Val. Io. Nider. 10. de Turc. cere. Verus. Bertel de Luxemb. Blond 11. Niceph. lib. 8. cap. 53. Histo. tripar. cap. 9. S. Basili. de Spir. sanct. cap. 6. & lib. 7. cap. 6. f Vid. Æn. Syl. lib. 3. cap. 35. g Vide Vitam eius in Moguntia Serrarij Sideribus Brocveri, S. Marcellinum in Vita S. Suibersi. &c. h Symbola Nicæna, Constantinopolis. &c. i Ioan. 1.

nis trivocus factum est, vel Deus est factus panis, quorum utrumvis elegerit VViclephista toto celo impinget, & vapulabit. Nam in priore sensu hæretici sui erroris, unum Christum dicet duplicem esse personam, nempe *divinam* quam semper habuit nec amisit, & creatam nempe *Hosiam*, quam de novo accepit: in posteriore vero sensu fatebitur, Christum Dominum triplicem esse Naturæ nempe *Divinæ humanæ, & panicæ*, nisi velit dicere panis substantiam seu naturam Christi Domini corpori tanquam novam vestem iniici, quo tamen dicto æque impinget, cum verbum formæ, quæ hoc VViclephisticum indusium ei circumponitur, ipsi indusio contradicat, & ipsum destruat, dicente Domino & omni Ecclesia cum eo veraciter; *Hoc est Corpus meum. Hic est Calix Sanguinis mei &c.* nequaquã vero: cum *Hoc est Corpus meum*, vel, in *Hoc est Sanguis meus*. omitto alia absurda errorum olida scelerata hic latentia. Ex illo vero patet, VViclephi doctrinã de Eucharistia, à Lutheri doctrina nõ multum discrepare, quum in hoc, tam in alijs articulis, ut de indulgentiis, de ordine & hierarchia Ecclesiasticis, quam non minus quam Lutherus confundere & proculcare nitebatur, dicens inter alia, *omnem Ecclesiasticam muneris dignitatem & efficaciam non ab ipso officio, sed à sanctitate & doctrina surgentis pendere*. Quam vero contempnim & de universo ordine Ecclesiastico, & in primis de Religiosis seu Monachis & sentiat & loquatur, scripta eius multis locis testantur.

Augustinum, ille & Benedictinum, & Bernardum damnatos esse ait, nisi pavituerint in hoc quod religionem ingressi sunt. Diaboli esse filios qui Monasteria condiderunt. Eos qui religiones eiusmodi instituerunt, peccasse mortaliter. Omnes religiones à diabolo esse introductas. Ecclesiam Romanam esse Synagoga Sathana, &c. Quædam ipsius dogmata ab Anabaptistarum delirijs non longe abeunt, ut quum dicit verbo Deirepugnare, ut Ecclesiastici bona temporalia possideant, sed certis tantum pensionibus illos contentos esse debere. Populum posse ad suum arbitrium dominos delinquentes corrigere, & de statu daturbare Decimas esse meras eleemosynas, & propter peccata à Parochianis posse auferri. Operere unumquemque labore manuum suarum victum sibi comparare. Imperatores & seculares alios à diabolo seductos fuisse, ut Ecclesiam bonis dotarent temporalibus. Omnia iuramenta esse illicita, &c.

Alios eiusdem VViclephi articulos omitto, ut quod asserit, *Episcopum vel sacerdotem qui mortali sit obstrictus peccato, non consecrere, nec baptizare, nec consecrare*: quasi in magno hoc mysterio homo non

Deus, & creaturæ potius meritum & dignitas quæ Dei potentia respicienda & consideranda sit. Ut & illud quod idem affirmat, *Omnia ex necessitate quadã absoluta venire. Deum obedire debere diabolo*. Hæc & alia VViclephi dogmata is qui pseudo Martyrum historiam collegit, caute sane, vel astute potius omisit: illud solum iniquens, à VViclepho aliquot articulos contra Pontificij Cleri abusum fuisse promulgatos: quæ tamen diligenter persequutus est insignis Theologus Bohemus Prisbram nomine, qui quum initio VViclephicæ hæreses esset affectus, ad Catholicam postea Ecclesiam reversus, impia VViclephi dogmata scriptis vehementer oppugnavit.

IV. Interdictum vero illud de legēdis VViclephi libris, scholarium animo tanto maiori ut fieri læpe videmus, in illicitis, & vitiosis, desiderio accendit explorandi, quænam illa nova esset religio. Idem Fabritij libellis accessisse historici testantur: quos quanto magis Nero vetuit, & eos qui vel penes se habere vel legisse convicti fuerant, acerbioribus pœnis affecit, tanto maiori studio conquiriti & lecti sunt. Idem VViclephi & plerisque hæreticorum libris evenit. Quasi ignis ipsis cremandis suppositus, hominum animos ad ea legenda magis incendat. Germani quidem theologi pestilenti huic doctrinæ quo minus latius proferperet, diligenter obstiterunt, quam tamen artium quidam magister, Bohemus natione, & magnæ inter suos & ex estimationis & auctoritatis, eorundem odio (cuius causas sequenti exponam capite) occulte auditoribus suis commēdabat & instillabat; adeo ut quamvis initio unã cum Prisbramo, eius condemnationi subscripisset, eam tamen propugnare postea non dubitavit. Hic inter Bohemos, per excellentiam quandam, Magistri Joannis, nemine celebrabatur nullo alio cognomine nisi à patria, quæ Hufspagus erat, insignis: obscurus scilicet, & quasi incerto patre natus homo. Huius præcipue studio & opera factum est, ut exsequutio contra prædictam VViclephi doctrinam lænter admodum processerit, unde brevi tempore universa civitas Pragensis, transcriptis læpe & multiplicatis VViclephi libris, fuit repleta. Hæc variæ in scholis contentiones exarserunt, hinc VViclephistarum & Lollardorum nomina exorta sunt. Sic enim novi illi ex Anglia progressi hæretici appellabatur, sumpto ab ijs nomine, quos Anno MCCXIII. extitisse Trithemius scribit, ut quibus pene erant gemini.

Rr

Ur



ut paucis absolvam, primum hæreseos venenum librorum Wiclephi lectio in Bohemia & vicinis regionibus profeminavit.

V. Laudabilis sane, inde ab antiquis usque temporibus, in Ecclesia mos obtinuit, quo hæreticorum librorum lectione suis alumnis interdixit, quibusdam tamen exceptis personis, quibus illa certas ob causas permissa est lectio. Si namque ex Apostoli præcepto, (*hæretici familiaritate post unam alteram admonitionem fugere debemus*, quanto magis à scriptis eorum quemque cavere sibi oportet quæ sunt ipsum Hominis hæretici semen, seu zizania in agrum Dominicum inpersa.

Quod si odium illud quo eos prosequimur qui Deum oderunt, sanctum & religiosum est, ut Hilarius affirmat; omnia sane extreme odisse debemus, quæ à capitali Dei hoste proficiscuntur. Si denique legibus non modo adulterinam aut falsam monetam, vel sub alio quam legitimi Regis titulo eudere, verum etiam, ab alijs culam habere & erogare, sub læsæ Maiestatis criminis pœna veramur, sed penes nos habere & legere prohibemur; quum omni aduherina illi moneta peiores sint, & longe aliã quàm eius quæ supremum nos dominum agnoscimus, habeant imaginem & inscriptionem. Sapienter apud Virgiliū Laocœon inquit; *metuo Graios quod donaferentes*

Equi semper boni Catholici esse eos omnes libros qui ab Ecclesia condemnati sunt, pro condemnatis habere, & sine ulla causâ investigatione oculos ab ijs legendis, & aures ab audiendis abstinere. Qui contra faciunt & eiusmodi vel hominibus vel scriptis aures præbent, mentis suæ tranquillitatem ipsi turbant, scrupulosiores scilicet plerumque facti. Neque illi ex cæcæ sancti mibi videntur, qui ista se legere vel audire audent, ut fidem inde suam tanto magis confirmant. Numquidem non ridiculus, sed stultus ille fuit, qui primus in se aconiti vim, cum certissima sua morte (postquam omnis ista cognitio iuutilis est) experiri voluit: Sanctus Hieronymus reprehendit eos qui ieiunij operam daturi, sumptuosius tamen & splendidis epulis interesse gaudent ut & Monachos, qui perruptis Monasterij claustris, in Principum aulis & medijs sæcularum hominum turbis obversantur, ubi vix tuta esse potest ipsa pudicitia & sanctitas. Noverat enim vir sanctus, quam periculosum sit velut collato pede cum ijs hostibus pugnare, qui vix ulla ratione alia, quam fugiendo vinci possunt. Longe facilius & tutius est intra murum contra arietis ictum sese defendere, hostemque

à superiore loco propulsare, quàm medijs in campis, ubi assiliri undique possis, acie cum hoste confingere. Quam cito enim vel levi brachio totum seculum in caput nostrum incidere, vitamque nobis auferre queat? Serpens ille sub pulchris illis, ut prima fronte, (nempe bêtada & muliebri facie Apocalypticarum locustarum) videtur, hæreticorum scriptorum floribus latens, ubi oculos nostros ad legendum pellexerit, virus suum animis statim tacite afflat, iuxta eandem locustarum descriptionem, quatuor potestas dicitur esse (1. ut potestas scorpionum, nam progressa eorum lectio sensus nostros pervertit, & iudicium corrumpit in ijs qui nullo muniti prophylactico medicamento, remtam pestiferam tractare non verentur. Et quemamodum nauatæ litus legentes, etiam si nihil minus cogitent quam in altum enavigare, nisi tamen navim in portu anchora firmant, maris tempestate & fluctuum reciprocantium vis sæpe abripitur: sic curiosi isti qui hæreticorum libros legendos suscipiunt, nisi firmissimam fidei anchoram in Romanæ Ecclesiæ portu tenerint, levitatis suæ ventis in errorum, vel etiam impietatis & atheismi abyssum, cum sempiterno animæ exilio, plerumque propelluntur. Rudis enim maris artium lector, in istiusmodi libris nihil frequentius quam Jesu Christi, quam Salvatoris, quàm Domini nomen inculcat. In videns, merâ ijs sanctitatem contineri statim arbitrat, atque inde mirifico lectionis studio magis magisque incenditur; parum interea memor nihil tam sacrum, nihil tam divinum esse, quo malignus Spiritus non abutatur, ut in chartis superstitiosis indices videmus, in quibus una cum sanctæ crucis signis alia abominanda nomina & signa permiscuntur. Hæc quippe effusa est, qua homines minus cauti a demonio non aliter quam hamo pisces capiuntur. Sic videmus diabolos sola verba magorum negligere, & imperium detrectare, nisi eadem frequenter quum sacratissimi Dei viuentis & Jesu Christi nomine, tum Crucis & aliarum sacrarum rerum usurpatione exornent, ut simplices attendentes hæc sola quæ pia sunt, impia non advertant persuadearque sibi quod sacrorum sola vi, & non pacto maligno adigantur, & sic sibi persuadent, nihil mali in arte illa esse posse, ad quæ divinis verbis & signis opus est. Sicut vero bulborum caro initio quidem gratissimi est saporis, postea vero cerebrum multis horribilibus visis & somnijs perturbat: eodem modo qui hæreticorum scripta Jesu Christi & alijs eiusmodi speciosa pietatis ambitu matris pictura, legunt,

1. Apocal. 9. 3.

int.

inludio quidem voluptatem aliquam capiunt, at postea infinitas molestias & turbationes sentiunt, sed damnantes suam securitatem, ut qui antequam nauim soluerant, futuram tempestatem non animo & cogitatione præcepissent. Sed in primis iuuentus istiusmodi laqueis facile capitur, ut in cuius animis experientia multæ defectu, certa aliqua & firma veri persuasio nondum radices egit. Externâ quippe illam & artificiosam orationis structuram admirati, nondum maturo ad iudicandû his de rebus, quæ sub verbis latent, iudicio, facile impelli se patiuntur: quemadmodum videmus aerem pestilentem magis insinuare se vestibus laciniosis & plicarum plenis, quam extensis; & facilius iuuenilibus corporibus quam senilibus, quæ callum quasi obdixerunt, adhærescere. Non sine causa profecto is qui inter paganos sapientissimus celebrabatur Plato, tenens animis poetarum lectione interdixit, ne deorum illis transformationibus & turpibus amoribus numerosa & auri bus gratissima oratione decantatis offenderentur ac corrumpentur. Verum est verbum, eum qui bene cepit, dimidium facti habere: quod in iuuenibus maxime verum est, quorum animus quoscumque characteres & figuras quæ imprimuntur, recipit. *Cereus in vitium stetit*, ut cum Horatio loquar: eorum præsertim qui magis ad malum (quales ferre omnes sunt) quam ad bonum propendent; quâ istiusmodi animi maiorem habeant cum vitij imperfectione, quam cum perfectione virtutis analogiam & proportionem. Quod si, ut idem Plato dicebat, *periculosum est iuuentus animos obscuris illis & stultis fere imaginationibus & fabulis imbui*: quanto maius periculum in istis erit ab ijs libris, qui falsam doctrinam, sed fucis veritatis pictam, continent, ac sensim etiam aliud agentibus instillant?

VI. Consuetudo hæc vel decretum potius Ecclesie diu me continuit quo minus ne oculus quidem legeris quos innumeros fere quotidie hæreticis protudit, libris conscelerare ausus fuerim donec Antichristum meum conscribens, ut infamem illam Ioaniam à Pontificia Sede, in qua nonnulli eam, mentiendo sibi ipsis, collocarant, deturbarem, hæreticorum atculas quoque excutere sum coactus. Quocirca eius mihi opem implorandam putavi, qui & de futuro mihi veniam, & de præterito absolutionem largiri posset: à quo & post multas dilationes, libros eiusmodi legendi facultatem, etsi non sine difficultate, impetraui; quam hoc loco, ut & Pontificum Breue, inserere mihi visum fuit, ut & pulcher ille atque admirabi-

lis ordo ac disciplina, qua Mater nostra Ecclesia filios suos regit ac constringit, eluceat; & ab illis qui sine discretione perniciosis legendis libris sese applicant, quanti periculi res sit, regulas ab Ecclesia præscriptas transilire, intelligatur. Sic vero se habet Breue Pontificis.

Clemens PP. VIII. Dilecto filio Florimundo Ræmundo, Senatori regio in Parlamento Burdigalensi.

**D**ILECTE fili salutem & Apostolicam Benedictionem: *grauis testis, & cui ob spectatâ virtutē, & egregia animi ornamenta multum merito tribuimus, Filius noster dilectus Cardinalis de Gioiosa narrauit nobis diligenter de tua pietate, de tuo zelo Catholica fidei, & insigni deuotione, quâ geris erga hanc sanctam Apostolicam sedem, in qua is qui diues est in misericordia, quique in alius habitas, & humilia respicit, nos immeritis Ecclesia sua præsidere voluit, Tamesi libri tui de Antichristo, & alij pro veritate Catholica & eiusdem sanctæ Sedis defensione aduersus profana nouitatis sectatores luculenter scripti, non solû eruditionē & eloquentiâ, sed zelum tuum, & deuotionē, quam diximus, manifeste ostendunt. Tibi igitur, fili, gratulamur, quod dona, quæ à Deo accepisti ad eius gloriâ potissimû confers, & talentum à summo Patrefamilias tibi creditum fideliter & fructuose negotiaris: Quare has ad te litteras dare placuit, ut intelligeres te à nobis amari, & pijs lucubrationibus tuis nobis gratas esse, & ut tanto cum maiori spiritu hilaritate atque ardore pergas, Dei adiutrice gratia fidei causâ aduersus Sathanae machinationes pro tua virili propugnare. Nos enim industria & commeditus tuis, quantum cum Domino poterimus, libenter ubi vsus venerit iussuragabimur, quæ admodum eidem Cardinali diximus. Interea laboribus tuis & vigilijs bene precamur, & nostrâ Apostolicâ benedictionē tibi benigne impartimur. Dacti Roma apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris, die septima May, MDXCIX. Pontificatus nostri an. oct.*

Litteræ verò quibus mihi hæreticos libros legedi ab generali Inquisitione sit facultas sic habet.

*Ludovicus Episcopus Sabinen. Madrutius, Iulius Antonius Sanctiorius Episcopus Prænestinus sanctæ Severinæ, Petrus Tituli sancti Laurentij in Lucina Deza, Dominicus Tituli sancti Chrysogoni Pinellus, frater Hieronymus Bernerius Tituli sanctæ Mariæ supra Minervam Asculanus, Lucius tituli sanctorum Cyrici & Iulitæ Saxus, Camillus Tituli sancti Eusebij Burghesius, & Pompeius Tituli sanctæ Balbinæ Arrigonius nuncupati presbyteri, miseratione diuina sanctæ Romanæ Cardinales, in vniuersa Republica Christiana aduersus hæreticâ prauitatem*

generales Inquisitores à sancta Sede Apostolica specialiter deputati. dilecto nobis in Christo Florimundo Ramundo in Parlamento Burdigalensi consiliario salutem in Domino sempiternam. Cum in generali congregatione sancta Romana, & universalis inquisitionis coram sanctissimo in Christo Patri & Domino nostro, Domino Clemente divina providentia Papa VIII. ac nobis infra scripta die habita pro parte tua, expositum fuerit per Illusterrimum & Reverendissimum Dominum Franciscum Tituli sancti Petri ad Vincula S. R. E. presbyterum Cardinalem de Gioiosa nuncupatum, quod tu iam diu prosequeris recentium hæreticorum errores, & hæreses refellere, & confutare, & iam multa opera ad defensionem sancte sedis Apostolica edideris, ac pro huiusmodi sui instituti continuatione, & conscientia tua securitate supplicatum fuerit, ut pro tam necessario ad Dei gloriam, & animarum profectum prestando officio, tibi quoscumque hæreticorum, aut alios prohibitos sibi tenendi, & legendi facultatem, & auctoritatem concedere dignaremur.

Nos quibus in primis curas est, ut omnis hæretica pravitas è mentibus hominum tollatur, ac summo opere cupientes, ut S. Catholica & orthodoxa fides ubique floreat, & augeatur, huiusmodi supplicationibus inclinati, ac de tua doctrina prudentia, & erga fidem Catholicam zelo, quibus apud nos fide dignorum virorum, præsertim dicti D. Francisci Cardinalis testimonio commendatis, in Domino confisi, & efficacius, & fructuosius in illis partibus munere tuo ad Dei gloriam, & animarum profectum, fungi, faciliusque hæreticorum fallacias, errorem ac hæreses refellere, & confutare possis, & valeas, auctoritate Apostolica nobis commissi tibi, ut ab his censurarum, & poenarum incursum, quoscumque libros prohibitos, & hæreticorum authorum, etiam in indice librorum prohibitorum contentos, per te ipsum tantum libere, & licite, secreto tamen, & sine ulorum scandalo vel periculo, ad effectum alios, & eorum hæreses, vi præsertim redarguendi, confutandi, & impugnandi, legere ac retinere possis, & valeas, licentiam & facultatem ad triennium tantum à data præsentium numerandum tenore eorundem, damus, concedimus, impartimur, in iuncto tamen tibi, ut tam præsentium litterarum exemplum, quam hæreticorum librorum prohibitorum, quos huiusmodi nostra facultatis vigore leges, an retinebis, notam quam primum exhibeas. Reuerendissimo admodum in Christo Patri, Domino Archiepiscopo Burdigalensi, vel eius Officiali seu Vicario in spiritualibus generali vel alteri ei ordinario, ubi vis debis, ut dicto triennio elapso libri huiusmodi ei consignentur, vel post obitum tuum, si te interim forte ex hac vita migrare contigerit, provideat diligenter, ne ad aliorum manus valeat pervenire, sed innoxie tradatur ignibus concrematis. Nō obstantibus in

contrariū facientibus quibuscumque. In quorum omnium, & singulorum fide, & testimonium præsentis literas per infra scriptum nostrum officium, sancta Romana, & universalis inquisitionis Notariū fieri fecimus, & manibus nostris subscriptas sigilli eiusdem sancti officii, quo in talibus utimur, iussimus appensione muniri. Datū Roma in Palatio Apostolico apud S. Petrum in dicta generali congregatione sancte Inquisitionis, die XI. mensis martij MDXCIX. Pontificatus summi in Christo Patri & Domini Clementis Papæ VIII. An. ccl. X. F. Catholica. approbo Flū. Not.

Non equidem dubito, quin invidi homines, qui ut aranea quidquid venarum fuerint, in venenum vertunt, sic omnia etiam bona & laudabilia malam in partem interpretari solent, ubi has Pontificis ad meliteras hoc loco conspexerint, ambitionis & mundana vanitatis me sint infimulaturi. Verum sentiant illi & dicant quidquid velint, mihi quidem quam semel institi viam tenere semper decretum est. Satis in se ipsa habet virtus præsidij, satisque est bono viro ut talis sit, licet non omnibus videatur, ut qui existimatione & multitudinem suam non tam externo splendore & hominum opinione quam interna animi conscientia metiatur. Neque vero hanc ego calumniā anxie effugendam mihi existimo, modo quod ago ad divini nominis honorem & publicam utilitatem vergat. Agnoscite vos hic o superbi patris superbia filij, eius humilitatem, quæ vos dicitis a nobis pro Deo haberi: qui tamen usque adeo se dimittit, ut mihi, in quo tam è nihil est quam prompta quædam & perpetua Dei causam defendendi voluntas, facultas vero non ita magna, tam insignem favorem & benevolentiam præstare non dedignetur. Discite hinc quæ grato ille animo agnoscat eorum labores, qui tuas illas sæculi nostri Harpyias & hæreses monstris quibus possunt modis fugant, & persequuntur, & conficiunt. Itanempe Pastor hic Universalis universæ Ecclesiæ curam gerit, ut etiam ad particularia descendat. Quin vobis o Catholice religionis alumni, in eius defensione ad extremum usque spiritum incumbite, quum meum vobis ostendat exemplum, quam prompta sit sua sanctitas ad remunerandos vestros labores, & omnibus viribus ex Summi ore Pontificis, qui à Spiritu Sancto afflatus, errare non potest, infallibile hoc iudicium vobis comparare annuimini, quidquid in hac causa operæ & laboris collocaveritis, Deo gratum esse quod etiam ipse non modo in cælis, sed etiam per magnum suum in terris Vicarium tam liberaliter compensaturum sese spondit.

## BOHEMI FIUNT SCHISMATICI.

Ioannes Hussius & Hieronymus Pragensis supplicio afficiuntur.

## CAPUT III.

## ARGUMENTUM.

- I. *Ambitio Concionatorum Bohemici schismatis causa.*
- II. *Hussius VViclephi libros vulgarem in linguam transfert.*
- III. *VVenceslai Regi impura vita.*
- IV. *Qui primus haresis eorum qui sub utraque specie communionem exceperunt fuerit auctor.*
- V. *Hussius & Hieronymus Pragensis ad Constantiense Concilium profecti cremantur.*
- VI. *Turba ex Hussi morte excitata.*
- VII. *VViclephus & Hussius primi pseudo-martyres.*
- VIII. *Qua post mortem Hussi in Bohemia euenerint.*

**Q**UEMADMODUM indulgentiarum prædicandarum inuidia Lutherum in arenam contra Romanam Ecclesiam produxit, sic Academia Pragensis cathedræ æmulatio Ioannem Hussium ad amplectendâ Wiclephitarum hæresin accendit: quæ vix nata, mutato nomine, Hussitarû deinceps dicta est, & etiam nunc magnam Bohemiæ partem occupat. Pragensem quidem Academiam Carolus IV. ex Luxemburgiorum Principum familia Rex Bohemiæ, ad formam Parisiensis Vniuersitatis instituit, & amplissimis Privilegiis, dignitatibus & redditibus auxit (a) Erat vero in quatuor Nationes ab initio diuisa, nempe in Bohemicam, Saxonicam, Bavaricam, & Polonicam: quatum tres hæ posteriores æqualiter cum Bohemis ad publicâ officia & munera admittebantur. Et sub hoc quidem instituto Pragensis Vniuersitas aliquamdiu sume floruit, sic vt inter viginti ac triginta studiosorû millia in ea numerata fuisse perhibeantur: donec homo quidam turbulentus (b) in nationis suæ contumeliâ interpretatus quod pleraque Vniuersitatis munia & dignitates penes Germanos essent, sursum deorsum omnia miscere allaborauit. Incensus verimque, inuentutis præsertim scholasticæ animis, à iurgiis tandem & verbis ad verbera ventum fuit, non aliter ac si de ipsa Patriæ salute ageretur. Bohemi apud VVenceslaum regem conquesti, quod externi Germani indigenis præfer-

rentur, atque omne fere imperium autoritatem in se detrauerent, petierunt vt ei rei modo in posterum constituto, æquitas seruaretur. Rex à Bohemis persuasus, turbas illas componendi desiderio, edixit vt posthac vna Bohemorum natio ceteris tribus æquipararetur. Nouam hanc Regis constitutionem, præsertim circa Rectoris & Regentium electione, Germani ægerrime tulerunt. quumque priuilegijs suis, vt dicebant, cedere nolent, vi & armis res disceptari cœpit: sed Bohemi & numero & patriæ prærogatiua superiores & à Magistro Ioanne Hussio instigati, Germanis clauces & præcipua honorum Vniuersitatis insignia facile extorserunt. Ex quo factum est, vt non multo post Germani duobus agminibus, in quorum vno mille, in altero tria milia studiosorû fuerant, hi Lipsiam (vbi ex Pragensis iudicibus noua & celeberrima postea Academia effloruit) illi vero Erfordiam commigrarint.

II. Hoc successu elatus, & iam liberior factus Hussius, VViclephi libros in vernaculam linguam transtulit, eorumque exempla ad præcipuos totius regni proceres misit. Nactus deinde ob singularem scientiæ opinionem, concionandi munus, publicis sermonibus VViclephi iactitabat innocentiam, & doctrinam tamquam Euægelicam commendabat: adeo vt non modo vulgus & sæculares, verum etiam ex ordine Ecclesiastico nonnulli magnæ auctoritatis, lubenter ei aures animosque præberent: ij in primis (vt eius temporis testantur historiographi) qui vel ære alieno oppressi, vel Ecclesiæ, in quam ob maleficia inciderant, correctionem metuentes, nouis rebus studebant. Inter Hussij vero sectatores facile præcipue fuerunt Hieronymus Pragensis, & Jacobellus quidam (c) uterque concionator egregius, qui consensu suggestu, iniurias in Ecclesiam canonicas laicis confingendi & feminis etiâ S. scripturam legendi occasiones suppeditabant, adeo vt Ecclesiasticos etiam ad disputationem prouocare non vererentur. Ex hac vni numero vna præcipue celebratur, nomine Iezabel, Vrsula illius, quæ Lutheri tempore vixit, compat. Pragensis Archiepiscopus Subiaco à Leporibus Librum VViclephi comburi palam iussit 200. conquisitis exemplaribus, sed quum in VVenceslao Rege, luxu & delicijs perditio, nihil aut parum admodum præsidij esse

Rr 3 vide

a Vid. Albert Crant lib. 10. de VVandalia. b Anno 1509. c En. Sylui. & Coeli lib. 1.

videret, Pontificem primo appellauit; deinde ad Sigismundum Imperatorem profectus. calamicosum Bohemia statum ei exposuit. Huic in ipso conatu nondum plane desperatis rebus remedium afferendi, mortuo Polonij non sine fama ueneni propinatri ab Hæreticis, circa Anno 1405. Magist. Aloicus Medic. Doctor. successit, fauente VVenceslao (d) homo impenso auarus & sordidus. qui maiorem cellæ & horrei quam Ecclesiæ curam gerebat; non tam spiritali & salubri cibo pascendis quam uellendis ouibus intentus. Inde factum, ut quæ prædecessor cœperat, numquam ad exitum sine perducta. Euersionem hunc Æneas Syluius graphice admodum depingit, dicens, clauis cellæ cingulo alligatas gestare, & carnem ferinam aliunde dono sibi missam, per famulos in foro vendere; atque etiam ne edacioribus ministris uteretur, anus edentulæ opera in culina uti solitum. Idem rogatus aliquando, eodem restante Syluio, *quis sonus omnium maxime esset molestus, Eum, aiebat, quem maxilla edentes, ederent*, qui deinde etiam hoc nefas adiecit male actis, quod Episcopatum vendisse dicitur. Et hoc quidem modo, neglecto commissarum suæ fidei ouium pastu, miserimus ille uidebat Archiepiscopus, ut nemo iam debeat mirari lupum illum infernalem in grege ad eum modum pastore destituito tantam stragem edidisse?

III. Alexander V. qui tum sedem pontificiam tenebat, ubi de miserabili statu Bohemiæ cognouit, pro ea qua pro Christi grege excubabat sollicitudine, Husium Romam ad dicendam causam citauit. Idem deinde fecit eius successor: qui insuper ad VVenceslaum Regem vehementer affectuosam scripsit Epistolam, monens ut malo in regno ipsius gliscenti tempestiue occurreret. Hanc uero admonitionem VVenceslaus non maioris fecit quam præfixæ natiuitatis: ut qui dies noctesque continuis comestationibus exigeret, nec quidquam aliud curæ haberet, quam ut mensa opiparis ferculis & bono uino esset instructa; ijs quorum cerebella & delicatiora membra quotidie comedeat, animantibus per similes, de præsentibus æque ac de præteritis, & de futuris ac de præsentibus parum sollicitus; adeo ut tamquam aliter Vitellius etiam Regem se esse obliuisceret, nisi subditorum modestia ei memoriam subiceret. Summum illi bonum uenter erat, & acceptissimum qui nouam ad irritandam, uel explendam gulam potius, voluptatem inuenisset. Ferunt quum aliquando prandi

um non ita uti iusserat offendisset, iussisse ministrum caponis instar uerum affixum, ad ignem torreri. Plusquam crudèle & belluinum profecto facinus, ut circa tam leuicem voluptatem, negligentia tam in humano supplicio puniretur. Eiusdem voluptatis Henricus VII. Angliæ Rex tam appetens quoque fuisse dicitur, ut Apitium quendam, obscurum ceteroqui hominem, ad magnam dignitatem eueherit, eo quod caponem (quem ille cibum pro exquisitissimis habebat delicijs) optime sua cura assatur, ipsi apposuisset (e) Quamuis autem, uti diximus, per summam seueritatem omnia negligeret, magistratus tamen regni fretus legibus tres Husitas sediciosos comprehendi, & capite plecti iussit. At Husius cum suis corpora interemptorum infami loco detracta per vrbes Ecclesias circumulit, cantantibus sectæ suæ sacerdotibus: *Isti sunt sancti, qui pro Testamento Dei corpora sua iradiderunt. Ecce Iesu Christi martyres: & tandem in sacrarium templi Bethlehemitici, tamquam martyrum reliquias, aromatis condita reposuit (f).*

IV. Husius porro eandem quam omnes hæretici uiam tenuit, quibus solenne est aliorum contentis & opinionibus nouas quasdam admiscere. Quare ijs quos ex VViclephi libris hæserat erroribus, non contentus, ex suo quoque cerebro nonnullos superaddidit; nihilominus interim se Catholicum esse protestans, ut VValsingham scribit. *Quid enim aiebat, Protestor ego me Christianum esse & mansurum. Quod si errasti, Ecclesia me iudicio submitto, quod ad sepulcrum usque sequi paratus sum: ac uolo, ut quæcumque à me dicta & scripta sunt, secundum S. scripturam & Doctorum sensum intelligantur. Quod si contrarium Fidei quid dixi, reuocatum uolo.* Quæ quam sincere ab eo sint dicta euentus ostendit, cū convictus ab Ecclesia noluit subscribere reuocationi. Itaque bono scuto male usus est donec sua confirmaret, more quo omnes hæretici semper vsunt, solis sibi interim de erroribus suis iudicium arrogantes (g). Illam uero de communionem sub utraque specie controuersiam, quam postea ab ipso denominari. Husitæ in primis uiderunt, non Husius primus, sed Germanus quidam Petrus Dremsis nomine monuit: qui ob hæresis suspicionem Lipsia profugus, Pragam redijt, & puerorum do-

d Catalogus Episcoporum Pragensium. e Sanderus lib. de schis. Angl. f Æn. Syluius in Hist. g Thom. VValsing in Rich. 1. pag. 200.

cendorum curam suscepit. Ibi quum in *Iacobellum*  
 celebrem concionatorem incidisset nouam illam  
 de Calice seu vtraque specie Laicis non minus,  
 quam sacerdotibus communicanda, opinionem  
 ei suggessit; vehementer mirari se simulans, quod  
 tam grauis Romanæ Ecclesiæ error à tam docto  
 viro nondum fuisset deprehensus. Hanc deinde  
 erroneam doctrinam Iacobellus & suis sermoni-  
 bus populo instillauit, & scripto, quod hodieque  
 extat, propugnauit. Hoc illud Eridis fuit pomum,  
 quod tantas postea in Bohemiæ regno contentio-  
 nes, & cruentas etiam pugnas excitauit; plerisque  
 contra Ecclesiasticos clamantibus, quod per inui-  
 diam & contemptum Laicis alteram partem Sacra-  
 menti subtraxerint, & non deuenire eis integrum  
 corporis & sanguinis Christi Sacramentum, vti à  
 Domino institutum fuit. Stupidis illis mortalibus  
 non aduertentibus duo in Venerabilis Sacramen-  
 ti tractatione esse à Domino N. instituta nempe  
 panem & Viniam consecrando mutare in corpus  
 & sanguinem Domini, quod est sacerdotum, & id  
 quod consecratum est à sacerdote ex parte aliqua  
 sumere, quod est etiam Laicorum. Feruente igitur  
 populi motu, Hussius ex altera parte in Ecclesi-  
 asticos iridem inuectus, *nihil eis præter decimas dan-  
 dum clamabat;* tum Ioannis XXIII. PP. factum,  
 qui Christianos ad expeditionem contra Neapo-  
 lis Regem cruce signati iusserat, factum atrociter  
 salumniabatur, cuius exemplum Lutherus in Leo-  
 one X. imitatus est. Interea Constantiæ Patres ad  
 Concilium congregabantur. non quidem vt Hus-  
 sij reprimere tur audacia & resutaretur hæresis, ad  
 quam, vt pote iam ante in Viclepho damnatam,  
 nullo nouo opus erat examine aut Concilio quum  
 legibus prohiberetur, ne ob ea quæ publicis  
 Conciliorum decretis iam olim & determinata  
 sunt, noua Concilia cogantur (h). Eum vero in  
 finem præcipue illud indictum erat Concilium, vt  
 infelix illud schisma, quo ambitione quorundam  
 aliquot iam annos in tres factiones, vel tria potius  
 capita distracta erat Ecclesia, componeretur. Tum  
 enim tres à tribus factionibus electi, de Pontifica-  
 tu inter se contendebant: *Ioannes qui Bononia, Gre-  
 gorius qui Arimini, & Benedictus qui in Hispania com-  
 morabatur,* omnes sibi addictorum nixtope Prin-  
 cipum. At paullo post schisma perlanatum fuit,  
 Martino V. vnanimi Patrum in Concilio Const-  
 antiæ congregatorum consensu & suffragijs ad Pon-  
 tificatum electo, qui pacem Ecclesiæ restituit.  
 eamque magna cum prudentiæ & moderationis

laude, quatuordecim annos gubernauit.

V. Dum anxij Patrum suffragijs Constantiæ  
 de liberanda factionibus Ecclesia, & vnototi ouij  
 pastore praticendo deliberatur: Imperator Sigis-  
 mundus, cuius opem Bohemi, VVenceslao rege  
 persecordiam omnia negligente, implorauerant,  
 & ad quem etiam Suinco Archiepiscopus eade  
 caussa profectus in legatione mortuus fuerat, Pa-  
 tres rogauit, darent operam vt Hussitarum hæresi,  
 qua florētissima prouincia vehementer afflige-  
 batur, idoneum & tempestiuum remedium affer-  
 retur, ne longius progressa, multo maiora mala  
 daret. Visum est ergo Ioannem Hussium, præcipuū  
 eius auctorem, ad Concilium euocandum esse:  
 qui citatus, accepta à Sigismundo Romanorum re-  
 ge fide publica, eò venit, vna cum procerum quo-  
 rundam Bohemiæ, ipsi adhaerentium comitatu.  
 Discedens Praga Anno 1417, amicis promississe di-  
 citur, se vsque ad extremum spiritum doctrinam  
 suam defenditurum: quod si recantare cogatur, id  
 quidem fortassis ore, sed numquam corde factu-  
 rum. Venit etiam eodem Hieronymus Pragensis,  
 & ipse citatus, homo laicus: qui tamen post tri-  
 die seclanculum subduxit, & vnde venerat, redijt,  
 domum aditans, se fuisse Constantiæ in Concilio, sed  
 neminem contra se progredi ausum (i). Verum  
 dum ista facta, comprehensus, Constantiam re-  
 ducitur. Hic VViclephi effigiem collo appensam  
 gestabat, capite ad eam ferentem; & in fronte  
 SANCTI nomine inscriptam. Vterque examina-  
 tus: eorum confessi sunt; sed quum vigerentur  
 vt Confessionem manu sua signarent, vt in Bohem-  
 iam ea mitteretur, pertinaciter vterque recu-  
 sarunt. Hussius, quum non ignoraret iam  
 Excommunicationis contra se latam esse senten-  
 tiam, domum tamen priuatam Missam celebrabat, af-  
 fistentibus quibusdam suæ sectæ complicibus:  
 tot vero tantisque difficultatibus vndique cir-  
 cumuentum se videns, fugæ Consilium inijt, curru  
 vndique stramine lectus ex vrbe delatus est; sed  
 defuga retractus, & in Monasterio Fratrum S.  
 Francisci custodiae mancipatus, Sigismundi regis  
 fidem sibi datam implorauit, grauer tam sibi  
 infringi conquectus. Sed cogitare debuerat, Sigis-  
 mundum Patribus ea in re præscribere nihil po-  
 tuisse, quum & ipse Concilij decretis fuerit sub-  
 iectus.

h. L. nemo. C. de S. T. & fide Cath. ca. maiores & q. 4. i. Richenthalius.

iectus. Sic ergo Hussius tamquam pertinax hæreticus, non obstante saluo conductu, quem impio homini ad tutelam sæcularem concesserat, ad iudicium productus fuit. Fecit quidem Sigisfrundus quantum decuit aut licuit: sed perspecta Husij, ab ipso sæpe ut Concilij se submitteret iudicio, moniti, obstinatione & malicia, publice protestatus est, *malle se per se & solum sua manu pertinacem hæreticum comburere, quam defendere aut liberare.* Aieunt qui eius historiam Acta collegerunt, (k) Sigisfrundum postea ad Patres his verbis vsurum: *Iudicatis complures articulos ex Ioannis Husij libris excerptos, hæreticos esse & Catholica Fidei contrarios, itemque multa alia dogmata que in publicis concionibus ille asseruit, à quibus vel unum satis foret ad condemnandum ipsum. Quapropter si nolueris eos errores reuocare & eiurare, legibus vestris in eum, prout videbitur, & ipse meretur, agere vobis licet.* Debuit ne igitur aut potuit Imperator, Sæcularis homo, suis litteris salui conductus, Ioannem Hussium aduersus Ecclesiam Catholicam, aut Deum defendere? debuit ne Hussium, si per viam prædo, aut fur existeret aduersus Leges eius terræ tutandæ daret pœnas. Nescire videntur quid Litteræ salvi sint conductus qui ista infanda in illis concedi volunt. Seruata est Fides Hussio quæ data fuit. Non est punitus quidem ob crimina Mæstacis diuinæ Læsæ quæ in Bohemia ante profectionem suam commiserat, sed ea quæ post saluum conductum acceptum Constantiæ commisit.

Post aliquot dies Hussius à carcere in Ecclesiam producit, vbi plena erat Sessio Concilij, præsentem etiam ipso Rege in habitu Imperiali, circumstantibus Imperij Electoribus & Principibus. Ibi iterum admonitus ut culpam suam fateretur, & quinquaginta quinque erroneos VViclephi articulos, toties & in tam multis locis damnatos eiuraret, post multas ambages & tergiversationes tandem aperte fallus est, se non posse renitente conscientia, condemnare, præsertim tres istos VViclephi articulos: *Syluester Papa & Constantinus Imperator errauerunt quod opibus dotauerunt Ecclesiam: Si Papa aut sacerdos mortali obstrictus sit peccato, non ordinat, non consecrat, non baptizat, item, Decima sunt pure eleemosyna.* Tandem ergo hærescos damnatus, degradatur, & sæculari potestati traditur, à qua igni fuit adiudicatus, iam palo alligatus, à quibusdam rogatur, vtrum sacerdotem sibi dari velit cui peccata confiteretur. *Quum annuisset, venienti presbytero, nihil, inquit, confessione mihi opus*

*est. Morior ego, nullo mortali peccato illigatus.* Sic Reichenthalius scribit, qui quum plerique Actis interfuit, tum supplicium spectauit. Immerito sane tam Imperator quam Concilium sæuicia accusantur, ob Husij condemnationem & supplicium, quum ille potius crudelis censendus sit, qui quum potestatem in malos vindicandi habeat, ea non vitatur; suaque conscientia malis in bonos grassandi aperuit fenestram. S. Hieronymus Theophilum Alexandrinum Episcopum grauius reprehendit, quod nimia indulgentia & mansuetudine in eius temporis hæreticos videretur, ut quæ illi audaciores facti, hæreses suas latius indies propagandi inde sumerent occasionem. Defendere igitur hæreticum illum & incusare Deum & Ecclesiam hæretici vindicem, est velle sub prætextu immunitatis concessæ à præteritis delictis, immunitatem concedi ad perpetranda. Id tamen magno suo dedecore volunt Lutherani & omnes à Luthero afflati.

Non eadem fuit Hieronymi, quem socium Hussio fuisse diximus constantia; ut qui hæresim eiuraret, ac reuocationi suæ ipse manu subscripserit, uti apud Cochlaeum & alios fuisse illa per scripta existant. Quum vero ob hæc reuocationem & abiurationem ab Hussicis male audiret, & à prioribus amicis se desertum, apud Catholicos vero, omnes ipsius actiones obseruantes, contentum se & suspectum esse animaduerteret, mente confusus & fluctuans, ad vomitum rediit, & eandem quam Hussius martyrij coronam adipisci decreuit, Sic Diabolus nempe hominibus illudit. Quare iterum impetrata audientia, ea quæ antea reuocauerat retractauit, mortem pro Ioannis Husij doctrina subire paratum se ferens.

Idem tamen in Sacramento Eucharistiæ eandem cum Catholicis Transubstantiationem asseruit, quod nimirum facto verbo panis in Corpus Christi commutetur. Quum sacerdos quidam dixisset, Accusaris passim Hieronymus, quod asserueris panem post consecrationem etiam manere panem: *at panis, inquit ille, apud pistorem manet.* Omnes quidem tam præclaræ eruditionis & eloquentiæ acrisque ingenij virum singulari commiseratione prosequerantur; & optabant (ut Poggius Florentinus testatur) ut in viam reuersus, & rationi acquiescens, vitæ suæ confuleret. At ille in proposito persistens, mortem non modo non exhorrescere, sed expetere etiam videbatur. Quum igitur nulla

ratione à sententia dimoueri posset, legibus in eum agi placuit: sicque tamquam relapsus, eodem supplicio quo magister ipsius Hussius (quo ætate & auctoritate minor, sed doctrina ac facundia superior fuit habitus) est affectus. Morti eius certe plurimi adstantium illachrymarunt, in ipso vitæ fine *Litanias & hymnos in Laudem Beata Virginis & Sanctorum decantantis* (1).

VI. Porro combustis tam Hussij quam Hieronymi corporibus, omnes rogi reliquæ & cineres collecti & in Rhenum effusi iunt: ne quid inde discipuli asportarent, & tamquam sacras reliquias idololatricè colerent.

Quum ergo aliud nihil superesset, terram loci in quo cremati fuerant, effoderunt, & in patriam secum asportarunt, vt pro æterno asseruaretur monumento duorum horum Apostolorum, quorum illi memoriam & reliquias tam religiose venerantur. At cineres hos cum mortui muli, paullo ante eodem loco sepulti, cineribus permistos fuisse credibile est. Vbi vero in Bohemia de Hussio & Hieronymo Constantiæ exultis fama percrebuit, dici non potest quam multa Hussitæ mæroris signa ediderint, quem etiam atrato vestitu & multis lamentis testabantur. Quinetiam femina quædam librum in eius defensionem scripsit & edidit. In eiusdem laudes Beza quoque minime est parcus, de Hussij (quæ vox lingua Bohemica Anserem significat) supplicio ita exclamans: *O quam amabilis & opportunus vigilans huius Anseris fuit clangor! qui sonat sua voce, cœlesti magis quam terrestri, Christianos etiam diuturno vœterno excitauit. Et tu quidem (subiungit) ô Hussi, tamquam de cauea, ex hoc ingrato Mundo ad cœlum euolasti: sed tamen (ô rem miram!) dicere profecto possumus, tot cygnos qui post mortem tuam tam sua ueritate cantarunt, è tuis cineribus natos esse, vt Phoenix potius quam Anser dici merearis. Vides ergo Hussium hic in cœlo collocatum, & quidem ab eo quem ille, si in viuis adhuc esset, tamquam iugis sacrificij, veræ corporis Christi præsentia, Transubstantiationis, & aliorum Catholicae Ecclesiæ, quos pseudomartyr hic ad finem vsque vitæ suæ credidit & asseruit, articulum euersorem & hostem, ad infernum esset ablegaturus, Ridicula laus, & ridiculus encomiastes, qui ab eo, quem laudat condemnatur. Et quem laudat ipsemet condemnat. Sed hæc sunt acumina ingeniorum quæ à veritate apostarunt.*

VII. Ii quoque qui nouæ Ecclesiæ & eius Mar-

tyrum in ea historijs conscribendis operam nauarunt (quamuis pro historijs vt plurimum fabulas nobis & mendacia obtrudant) *VViclephum & Hussium tamquam Patres & progenitores suos nequam aspernantur. Et ex illo quidem nempe ambirioso VViclepho, Stephanum protomartyrem faciunt, & primum ei in martyrum suorum lignis locum assignant. Secundum ab hoc locum tribuunt Ioanni Hussio, quem fidelem Iesu Christi ministrum & seruum fuisse aiunt. Atque hæc agentes ipsi aduersus se Testimonium dicunt, quod Ecclesia in qua hi sunt primi martyres, Annis primum post Christum natum 1400 sit exorta, & ante id tempus in suo nihilò existens sine persecutione, & pugna, beata sit usa quiete Hos duos Danæus (m) inquit duas illas esse solius, quæ post Antichristi ruinam, Deo iubente, effluerint. At horum vtrumque negare non possunt & Missam celebrasse, & Eucharistiam adorasse, & Hussium imprimis, Transubstantiationem credidisse, vt Prisbramus scribit, qui Hussita fuit. An quisquam maiori zelo ad Beatam Virginem Deipam tam preces fundere possit, quam VViclephus? inquit (n). *Impossibile est vt sine Beatissima Virginis suffragijs vllum primum accipiamus. Et quidem auxiliorum qua nobis illa præstet, diuersos esse gradus. Nam & eos quoque qui non prædestinati sint ad salutem, ab ipsa iuuari, ne grauius scilicet peccent atque ob id tanto seuerius puniantur. Alibi, Nos, inquit, in Ecclesijs imagines tamquam signa adoramus, Deum vero ex omnibus viribus. Et in explicatione Decalogi, Quamuis, ait, in Veteri Testamento licitum non fuerit, Ecclesia tamen Imagines introduxit, vt laicu pro libris essent, & Christiani Sanctos debite adorandos, in memoriam reuocarent. Vides, opinor, ex Nouatorum nostrorum decretis VViclephum idololatram fuisse, & tamen ab ipsdem primum nominari Apostolum, ad reformandam Ecclesiam missum. Ad alterum illum, Hussium inquam, nunc veniamus: quem de Statu Ecclesiæ Commentarij aiunt, *Euangelij fontes Monachatus sordibus & veneno infectos purgasse. At ille Tom II. sic scribit (o). Nolle se quidquam de Missæ sacrificio demere: quum alibi docuerit, salutare illam hostiam ad liberandos omnes eos qui Purgatorij pœnis cruciantur, pretium esse sufficientissimum. Et alibi***

SI magna

1 Tom. 2. epist. Ioan. Hus. fol. 353. m In Anti. cap. 26. n VVicleph. in serm. assum. B. Virginis. o Apud Crispinum Anno 1562. Hus. tom. fol. 52. E. 35.



magna contentione sacerdotes hortatur, ut Missas deuote ac humiliter celebrent. Mille alia cuiusmodi apud eundem reperias; de precibus pro mortuis, de animarum ex Purgatorio liberatione, &c. ut Opera ipsius Norimbergæ Anno MDLVIII. à Lutheranis impressa legenti facile patebit. De Sanctorum vero suffragijs quæ ipsius fuerit sententia, illud restatur, quod compedibus oneratus, ex Sanctorum meritis & precibus libertatem se sperare dixit.

Siccine ergo idololatriæ & Missarum celebratores, eosque qui alios quam Iesum Christum vestro iudicio (p) propitiatores quærunt, martyrii corona dignamini? Siccine pro patriarchis & Ecclesiæ vestræ Doctoribus eos acceptatis, quos Lutherus & Melancthon tamquam hæreticos & Sathanæ discipulos detestantur? Melancthon certe VViclephum hominem amentem & furiosum appellat; seque scripta eius legentem, *nilla erroresprehendisse dicit. Lutherus vero inquit, multas horribiles & diabolicas à VViclepho proditas esse blasphemias. Ecce tamen eundem Noui Euangelii inter vos præconem & antesignanum! Tanti nimirum apud vos est, Catholicæ Ecclesiæ potestatem proculcare, ut hoc vnum facinus ad cælum & filiorum Dei nomen promerendum vobis satis esse putetur.*

VIII. Exiit Constantiæ, uti diximus, Hussio & Hieronymo pertinacibus hæreticis, Barones quidam & Nobiles Bohemi & Morani, veteris fidei, quæ ab Anno DCCCXCIII. quo primum ijs locis annunciata fuit, integra semper manserat, desertores, de eadè eorum vlciscenda, & doctrina ad extremam sanguinis guttam defendenda coniurauit. Quos Sigismundus Rex litteris (quæ extant) dehortatus est, ostendens, vtrumque ob pertinaciam iusto supplicio esse affectum, ut qui toto Concilio, in quo clarissima totius Mundi erant lumina (hanc enim laudem Hussius ipse eistribuit) sapientiores videri, nec perniciosos suos errores reuocare voluerint. Interea Rector Vniuersitatis Pragensis & Magistri decretum suum seu Concilium de communionem sub vtraque specie, quæ à Iacobello in concionibus præcipue urgebatur, & præcipua postea Bohemice schismatis causa fuit, promulgant: in quo etsi fatentur sub specie panis etiam sanguinem contineri, nihilominus tamen calicem quoque non minus laicis quam sacerdotibus porrigendum esse, ex sua ipsorum auctoritate, contra leges ab Ecclesia latis & ipsius

Concilij decretum pronunciant & concludunt. In medijs his turbis VVenceslaus tamquam alter Sardanapalus delicijs suis indormiebat, & culinæ magis quam Reipublicæ curam gerens, quidquid animo molestiam aliquam afferre posset, procul à se habebat. Vnde crescentibus malis, eò temeritatis hæretici progressi sunt, ut confusis ordinibus in Ecclesia, Laici se administrandis Sacramentis ingeterent. Crantzius scribit (q). Surorem sancto sibi presbyteri officio, Cœnam populo sub vtraque specie distribuisse. In tantum vero Hussitarum iam auctus erat numerus, ut ad oppidum quod Thabor nunc appellant, circiter triginta hominum millia conuenerint, atque ibi trecentas mensas patentibus in campis exerint, in quibus Sacramentum Calicis non guttatim, ut apud Græcos, sed totis congijs & cadis populo fuit ministratum. Congregatio hæc VVenceslaum è veterno aliquo modo excitaui, perterritum, ne multitudo illa sceptrum sibi ereptum iret. Et profecto à periculo non procul aberat, nisi ei presbyter quidam Hussita sua facundia salutis fuisset. Nam is pro concione populum sic tumuleuatis congregatum & frementem, de Republica admonens, inter cetera in hunc modum loquutus est: *Viri fratres, quamquam ebriosum & inertem sortiti sumus Regem, si tamen ceteros Principes expendimus, nemo est quem Regi nostro anteferamus: quem rectè omnium Regum specimen dixerim, quietum benignum, nostri amantem. Nam quis eo regnante laceffere nos audeat? Licet nobis ex voto nostro viuere. Quod si de religione non idem sentit quod nos, ritum tamen nostrum neque ipse perturbat, neque alios perturbare sinit. Quocirca par esse arbitror, ut precibus pro eo ad Deum fundamus, eique longam vitam comprecemur, atque optemus, cuius desidia, nostra quies, nostra salus est. Hæc audiens multitudo statim conqueiuit: tumque rex iterum in vtramque aurem dormire cœpit, omni abiecta regni cura, quod interea à seditionis hæreticis miserum in modum lacerabatur; illis furorem suum præcipue in monasteria & sacra loca effluentibus, & per summum scelus & sacrilegium ea diripientibus quæ à maioribus Deo & Ecclesiæ fuerant consecrata. Quin etiam ab Ecclesiarum direptionibus reuerſa Hussitæ presbyteri, sacram Eucharistiam armati in processione circumtulere, Hymnos & alia cantica*

p Melancthon. in Comm. in epist. ad Philipp. Micron. Apo. cap. de hum. tradit. In loc. com. tom. 1. p. 463. q In VVandal. l. 10. cap. 27.

rica modulantes, ad alliciendam multitudinem. Quodam vero die quum iterum sic armati conuenissent, in Regiam tumultuaria prorumpentes, Regem orauerunt vt plures ipsis assignare vellet Ecclesias, Nicolao viro nobili, eius loci vnde Ioannes Hussus traxit originem, domino verba faciente. Rex Nicolaum benigne audiuit, & populum bonam spem habere iussit, sed dimisso populo, sic Nicolaum alloquitur: Tu exorsus es telam quam me regno euiceres; at ego laqueum inde nequam quo tibi gulam frangam. Tum iste prope se proripiens, populum multo magis ad seditionem inflammauit: sic vt miser Rex, in proximam arcem ex vrbe vix euaserit, missis ad fratrem oratoribus qui eius auxilium implorarent. Hussitæ Regem euasisse ægre ferentes, furorem in Magistratum vrbani conuenerunt: è quo nonnullos in prætorio deprehensos ex altissimis fenestris in forum præcipitarunt, qui infra stantis, religiosa scilicet, multitudinis dilaniari præbuerunt, stante in foro interim Hussitico sacerdote, & Calicem populo ostentante, & hymnum illum, *Pange lingua gloriosi cum populo concinnante &c.* Quibus nunciatis, infelix Venceslaus, multorum malorum imagine animo obuersante, in morbum incidit, & post paucos dies exspirauit. De quo illud Sallustij dicere possis: *Veni: atque somno deditus, indoctus atque incultus, vitam sicut peregrinans transegit: cui sane contranaturam, corpus voluptati, anima oneri fuit, cuius & vitam moremque iuxta a stimare queas.* Mortuus vero est Anno MCDXIX. quum annis LV. Bohemix regnum tenuisset; æque in morte atque in vita inglorius & infelix, vt qui sine vlla pompa funebri sit sepultus. Hoc loco facere non possum quin eorum refellam opinionem, qui eos tantum miseros esse aiunt, qui sub imperio viuunt, vbi nihil cuiquam licet. Quis potius ij mihi longe infeliciores videntur, qui sub tali viuunt imperio vbi omnibus omnia licent, & vbi potius quid licitum quam quid honestum sit consideratur.

*Hic vbi quisq; suo sibi vivit more, facitq;  
Quod placitum fuerit.*

Quam sententiam licet Ethnici hominis S. Augustinus (\*) valde commendat. Et ò vere miserum illum, cui etiam male facere licet! Verissimum enim est illud Comici: (s)

*Deteriores omnes sumus licentiâ,*

Vbi enim libido quid suggererit, omnes statim cogitationes & curas homo eo conuertit, vt eo quod concupierit, vel licitis vel illicitis modis potiatur.

Id sane experientia in Hussitis monstrauit, qui nullum omnino scelus, per summam quam sibi sumferant, licentiam intentatum reliquerunt. Tunc coniugum pudicitia vis illata, tunc virginibus castitas tuit erepta, tum viduæ violatæ, tum loca sacra profanata, tum monasteria diruta, tum Ecclesie euerse, & sacra ac profana omnia direpta sunt. Videre tum erat carceres & ergastula maleficis & flagitiosis destinata, bonorum virorum & qui furenti multitudini consentire nolebant, plena. Ad male agendum omnes velis remisque quum se tum alios incitabant; at qui bene agere vellet vel auderet, vix quisquam reperiebatur. Tanta denique rerum omnium erat perturbatio, vt in antiquum chaos reditura omnia viderentur. Nec mirum. Vtenim Camelus aquam non bibit nisi pede prius proturbatam; sic hæresis non nisi perturbata Republica caput efferre potest.

DE TABORITIS ET OREBITIS

nec non de Zisca hæreticorum duce eius victoriis & morte, & reliquis in Bohemia per ea tempora gestis.

CAPVT IV.

ARGVMENTVM.

- I. De ijs qua Venceslai regis mortem consequuta sunt, spolia Ecclesiarum, Apostata Archiepiscopus.
- II. Zisca Taboritarum dux.
- III. Zisca Victoria & mors diuinitus inflata.
- IV. Alexandrum deserret Pons. ab ope Bohemorum.
- V. Zisca statua ponitur ei; Procopius succedit.
- VI. De Concilio Basileensi.
- VII. Secuta Concilium in Bohemia.

**M**ORTVO vt supra dictū est, Rege Wenceslao A. 1519. furēs Hussitarū multitudo rebellionis ducem sibi elegit Ioannem Ziscam, Ss 2 homi-  
t Aug lib. 5. c. vlt. de Cinis. Dei. s Cic in Tusculanis.

hominem & ætate florentem, & bellis excitatum, quamvis uno carentem oculo, quem strenuè pugnantis olim amiserat: qui ex prædæ spe perditissimis hominibus allectis, brevi magnum confecit exercitum: cum quo in Ecclesias quæ restabant, (quibus ornatu & opulentia vix in tota Europa pares fuisse, Aeneas Sylvius scribit) fecit imperum, sepulchra, etiam Bohemiarum regum, effregit ossibus dissectis, & preciosis rebus ablatis; inauditò antehac, sed usitatissimo postea successoribus scelere. Deinde velut omnia in prædàm ipsis data essent, Hussitæ urbès quoque & oppida diripuerunt, Pragensem imprimis, in qua aduersis signis inter regios & Hussitas, non sine multorum cæde ibidem fuit concursus. Inter ea Sigismundus VVencelauri frater & hæres legitimus, ad regnum incundum cum copijs advenerat, quem Zisca omnibus modis impedire conatus est, dictitans eum hostem esse veritatis; eius iussu, vel certe permissu, duos illos veritatis testes occisos; atque ipsum propterea regno indignum esse. At Sigismundus copijs suis freus quamquam civitatem, Zisca strenuè eam defendente, expugnare non posset, in arcem tamen ingressus, coronam ex Conradi Archiepiscopi Pragensis manibus accepit. Intellè hic Archiepiscopus in hæresin lapsus, ad Hussitarum partes non multo post accessit; & tamquam summus Pontifex & Bohemiarum Patriarcha, Concilium indixit & celebravit, in quo nova Fidei formula præscripta fuit, non tamen nisi in quatuor articulis à prisca religione differentis. Quorum primus est de Verbo Dei dicere ab omnibus docendo. Secundus, de Communione laicis sub utraque specie ministranda. Tertius, de opibus & dominio temporali ab Ecclesia auferendis, & Ecclesiasticis ad pristinam paupertatem redigendis. Quartus, de peccatis publicis prohibendis & puniendis, quæ illi sunt nullo modo, neque ut maius videatur malum, ferenda esse. Postea vero idem Archiepiscopus, conscientia stimulis exagitatus,

*mentes, carnificem nocte atq; ferens,*  
miserabili morte in castris Hussitarum fuit extinctus.

II. Porro Zisca ut firmum aliquod novi imperij, quod imaginatione sibi fixerat, fundamentum faceret, in colle quodam edito, aquis undique circumfluvijs incluso, oppidum extruxit, triplici muro circumctum, quod Tabor appellavit; sumptò nomine à monte illo Judææ, in quo divinitus fuit facta, & figuratio Domini; unde postea Taboritæ hæretici dicti sunt, quorum secta ab Hussitarum hæ-

resi aliquantum differens, elidere quam VValdenses profitentur, similis fuit, ut non solum ex Aeneæ Sylvij & Cochlarum Historijs, sed etiam ex ijs quæ Joannes Leucavitius sacerdos Taboritæ, scripta reliquit, constat. Sæpe quidem inter hos & Hussitas, ut & qui novitum extiterunt, Orebitas, à Conrado Archiepiscopo & Bohemica Nobilitate tentata fuit concordia, sed frustra, quod Taboritæ viribus & armis, quibus ductore magni nominis Zisca, prævalebant, confisi, ne latum quidem unguem Hussitis vellent cedere. Quis hic mirabilem non agnoscat Dei providentiam! Ecce enim vix emergit nova hæresis, quum ea statim in factiones dissilit, quæ inter se infestis signis concurrant; ut in Hussitis & Taboritis videmus, qui tamen ubi contra Catholicos res gerenda esset, omnis oblii simultatis, conjunctis viribus eisdem infestissime oppugnarunt.

III. Sæpe quidem Sigismundus Imperator cum exercitu regnum ingressus, subditos ad officium reducere conatus est, vix tamen ullum operæ preciam fecit, Zisca se statim cum validis copijs objiciente; qui perpetuo victoriarum cursu, & summa fortuna indulgentia, infinita fere ex hostibus cogerat trophæa. Mira profecto res, ut qualis eno egeret ductu, nam & alterum oculum ijs bellis amiserat) ipse cæcus exercitum duceret ad victorias. Quamvis hunc militaris gloriæ splendorem valde obscuraret crudelitas, ut qui quum promiscue in omnes, tum præcipue in Ecclesias & Monasteria, & omnem Clerum sæviret; & monachos ac sacerdotes aut vivos cremaret, aut alijs exquisitis supplicijs interimeret. Quare impotentem huius dominationem & sævitiam pertæsi Barones, Legatos ad Lithuaniam Ducem miserunt, ut regnum suscipere vellent, orantes: & hic quidem nepotem suum cum duobus equitum millibus in Bohemiam misit, à Pragensibus in civitatem receptum. At Zisca & Taboritæ nullum omnino volebant habere regem; Hussitæ vero talem qualis ipsis placeret. Hæc mirum natura est hæreseos, ut regibus sceptrum e manibus extorquere semper annitatur. Econtra Pontifex tamquam Ecclesiæ caput, per Legatos suos prædictum Ducem Alexandrum ab hoc instituto dehortatus est, scriptis ad eum.

litteris quarum exemplum hoc loco apponere volui.

✠

Mar-

Martinus Episcopus, servus servorum Dei, Nobili viro, Alexandro, Lituania Duci, salutem & Apostolicam benedictionem.

**I**am pridem fama vulgauerat, te Bohemos hereticos spe fouere, apertis auxilijs eos iuuaturum. Quod scelus de te viro prudentissimo, & probato iam Principe Catholico difficile creditu videbatur. Sed tamen scriptissimus Nobilitati tua, paterna charitate monentes, ut ab omni societate, coniunctione & federe hereticorum abstineres, & eosdem excluderes & priuares fiducia subuentionis tuae. Nunc vero per tuas litteras & nuncium, dispositionem tuam non dubiam nec obscuram, de inuadendo regno, & suscipiendo praedictos in protectionem tuam habemus: Intelligentes sententiam animi tui magno dolore commotissimus. Videmus enim & manifeste comprehendimus te si hoc feceris, ultra periculum Fidei (quod est ante omnia declinandum) magnam & horribilem nouitatem, Christianitati nociuam moliri. Ex qua multo maior sanguinis Christiani effusio, & grauiora scandala, & crudeliora vulnera subsequerentur, quae ea sunt, quibus asseris hac via velle morderi. Nam nemini dubium est, quin Bohemi heretici, si fuerint a spe tui praesidij destituti, ad obedientiam Ecclesiae & recte viuendi normam, & ad cultum Dei facile reduci possent, vel sola necessitate compulsi, foretq; breuis tempore consuetudo tranquillitas, & deuota religio in regno Bohemia, hac funesta labe purgata. Qui si se viderint in protectionem tuam receptos, foueri atq; defendi, videntur acriores, & contra Ecclesiam Dei instituta magis rebelles & pertinaciores in haeresi. Nec nos multum mouet, quod asseris, te velle eos hac conditione recipere, ut errore deposito, ad debitam Romanam Ecclesiam obedientiam reuertantur. Omnia enim faciunt & pollicentur tibi, ut te suis laboribus & erroribus immisceant, & incendium magis excitetur. Per hanc viam simulat eorum reducio, non posset non esse suspecta, per quam viam quarunt periculosam discordiam inter Principes Christianos seminare. Vi potentissimis Dominis inter sese decertantibus, Romano imperio perturbato, & tota Christianitate confusa, possent ipsi peccare licentius. Nec existimare debes, aliter euenire posse, si Bohemia regnum occupabis. Quod nullo modo per Electores Romani Imperij & Principes Almania tolerabitur, etiam tacente charissimo in Christo Filio Sigismundo Romanorum rege illustri. Nec huius regni existimatio tanta est, necesse debet apud consideratam prouidentiam, ut pro eo iurare velis hereticos, aliena per iniuriam occupare, & magnam Christianitatis partem nouo bello confundere & permiscere, cum diminutione tui honoris & fama, & certa ani-

mae tuae iactura. Quae etiam somnia ad votum succederent, diligentius cauenda essent. Quid enim proderit, etsi totum Mundum lucreris, anima vero tua detrimentum patiaris? Quod vero te asseris, non ampliandi domini cupiditate, sed sola hereticorum reducendorum causa, ipsos sub tuam defensionem recipere: nullo modo probari potest. Nam cum per Dei misericordiam Christianus Princeps existas, in causa fidei debes cum dispositione nostra & Ecclesiae, & nostro & Apostolicae Sedis Legato transmissa, & reliquis Christianis Principibus consentire, teque cum his iungere contra hereticos. Non pro ipsi te defensionem exhibendo, specialem viam querere eorum conversionis, quae hoc modo quaesita, sincera credi non potest. Sed qualemcumque ipsi animum habeant, sinceritati tuae quae inter Christianos huc usque probata est non conuenit, a communi consilio deuiare, & eos vlla speciali dilatione suscipere. Quod ne facias, tibi paterna dilatione consulimus, te monemus, hortamur, tibi que etiam praecipimus in virtute nominis Iesu Christi, quod est nomen super omnia nomina. Et si feceris, scito, te Deo omnipotenti, nobis & Ecclesiae (quam Deus non deseret) & Christiano nomini iniuriam facere, quam nec Deus ipse feret, sed veritas in periculum Capiti tui, & certam animae tuae damnationem. Nos vero qui Vicarius eius sumus in terris constitutus, in apice Apostolatus, ad conseruationem veritatis & fidei Christianae, dolenter & tamquam contra vitam nostram, sed necessario, contra te & quoscunque defensores hereticorum, auctore Domino procedimus, quia sic tenemur ex iniuncto nobis officio. Sed cum multa in diebus tuis opera digna feceris, pro amplificatione fidei sanctae, cogitare te non possumus, postremo te recte facta velle ambitione corrumpere, & tantis cladibus hominum causam dare. Quare fili dilecte, ab hac via ab hoc modo, ab hac opinione te retrahas, nec subsidia mittas hereticis: nec eorum venenosos pollicitationibus capiaris, quae tibi certe sunt ad instigationem Sathanae, ad inquinandam famam & fidelitatem tuam inuoluedo te nouis bellis & periculis, & effundendo sanguinem Christianum. Sed si salutem & reductionem Bohemorum consideras, sic ut debes, eos nullis tuis viribus protecos hortaris, ut ad praesatum Apostolicam Sedis Legatum, ad hoc specialiter destinatum a nobis, habentem plenam & liberam potestatem super omnibus in ista causa disponendi, mittant, & se humiliter submittant correctioni & dispositioni suae. A quo poterunt etiam ad nos cum securitate transmitti. Sed tu ante omnia caute diligenter, ne ipsos vlla conditione tuearis, quia certi sumus, quod a te destituti, statim humiliter se inclinabunt. Recreari autem per te, siens continuo deteriores. Quod si tu aliquo modo

inolo inductus, defensionem eorum suscipere promissisti: scio, te dare fidem hereticis, violatis iuris fidei sancta, non potuisse, & peccare mortaliter, si servabis: quod fidei ad in fidelem non potest esse ulla communicio. Caserum postrema litterarum tuarum particula, per quam requiris, ut processus contra hereticos editos tollamus, vel suspendamus a tempore. Respondemus, hoc nullo modo fieri posse, de manifestis hereticis in sacro Constantiensi Concilio condemnatis, presertim cum sentiamus, communicio sensu Principum Alemania exercitum preparari ad confusionem eorum. Sed ut supra dixi, humiliter & sincere offerant se legato, qui causa & voluntate sua cognitis, diligentius de propinquo diligenter salutis sue consulat. Sed nobilitatem tuam iterum atque iterum admonemus, sequo obsecramus per misericordiam Jesu Christi, ut tantam stragem & calamitatem per te induci non velis, quantam necessario securam videmus in Christianis, si Bohemos hereticos suscipias defendendos. Datum Roma apud S. Petrum XII. Calend. Junij. Anno Pontificatus nostri Quinto.

His Pontificis precibus & mandato victus Alexander, revocato exercitu, Bohemos deseruit; Barones vero & nobiles Hussitar, spe sua frustrati, & impotentis Zisca dominationis perterriti, arma contra eum sumunt: quorum ille ad tria millia cecidit, & reliquos qui Pragam se receperant, obsedit: sed tandem Rokyzana potissimum, Hussitici Prædicantis operâ pax facta est. His liberatus periculis Zisca, exercitum in Austriam eduxit, ferro & incendijs quacumque ibat, grassatus, & foedissima immanis cuiusdam & Barbari furoris vestigia post se tamquam aliter Attila relinquens. Post multas tandem & continuas victorias, tam contra Sigismundum Regem quam Germaniæ Principes, qui auxilium Imperatori tulerant, obcentas (quas particulatim hoc loco enumerare nihil necesse est) quum iam de pace in Ziscæ quidam summum emolumentum (ut cui gubernatio totius regni, Ducatus insuper & magnam auri pondus à Sigismundo promissa fuerat) non sine Regiæ Maiestatis dedecore ageretur, peste tactus in itinere exspiravit: Mōstrum (Æneas inquit) detestabile, crudele, horridum, importunum, quod postquam manus humana conficere non valuit, digitus Dei extinxit. Ferunt illum morti vicinū iussisse cadaveri suo pellē detrahi, & ex ea tympanū fieri; nihil dubitare se inquitens, quamprimum tympani eius sonitum hostes audirent, statim fugam arrepturos. Magnum sane belli fulmen Ziscam fuisse, nemo res ab ipso gestas contemplantus negabit.

De eo Baptista Fulgofus sic loquitur. (a) Qui amissi in eo profusus luminis incommoda, atque ex alia parte rerum quas cæcus gessit, magnitudinem pensitare voluerit; tantum Hannibali Sertorioque altero tantum oculo captis, eum præpositurus est, quantum ipsi propter lumen ei qui profusus cæcus erat, proponendi viderentur. Hæc enim gloria, quæ ingens ac rara est, decessit, quod dum vixit, maximis prælijs victor, numquam ab hoste superatus fuit. Qui non minus cum Natura certasse videri debet, quam senier Marius aut Scæva. Nam quamquam grandes natu multique vulneribus debilitati essent, hominis tamen speciem servabant. A quibus tantum Joannes Zisca ob cæcitate abfuit, quantum à vivente mortuus. Neque enim inter videntes cæcus alius quam mortuus appellari potest. Hæc Fulgofus.

V. Mortui Ziscæ, cuius ductu hæreticorum res tam prospere successerant, memoriam Taboritæ tam superstitiose vel idololatrice potius coluerunt, ut eius effigiem in porta oppidi Taborienfis publice spectandam locarint, adstante Angelo, calicem manibus præferente. Quamvis autem tanti Ducis mors hæreticorum rebus multum incommodatura videretur; nihilo tamen segniores facti plerique Procopium quandam ducem elegerunt, qui Taboritarum nomine bellum deinceps gessit. Pars altera, hoc reiecto, Orphaos se appellavere, quasi Ziscæ tamquam Patris obitu, omni solatio orbati. Procopius ille cognomen Rasus dictus fuit, eo quod sacerdos fuisset: sed & Magni nomen deinde, ob multas res feliciter gestas, ei inditum fuit. Orbitæ quoque Bedricū quandam Moravum natione, itidem sacerdotem apostatam, ducem sibi elegerunt, qui Silesiam assiduis bellis afflixit, & non sine ipsorum etiam Hussitarum stupore & destinatione, uxorem publice duxit. Tres hi duces dici sane vix potest, quanta vicinis regionibus damna intulerint, non villis tantum & pagis, sed multis etiam opulentis oppidis direptis, per ludibriū bellum se Philistæis & Idumæis facere dictitantes. Sic illi Catholicos appellabant, in quibus vexandis & ad internicionem, si possent, delendis nullum omnino quod vel severissimus umquam tyrannus excogitare poterit, crudelitatis genus prætermiserunt, nulla sexus, nulla status, nulla ætatis habitatio, cædibus in omnes promiscue sævientes.

Quin

a Lib. 3. de Fortitudine.

Quin etiam defessi cædibus, magnam Catholicorum vtriusque sexus multitudinem horreis inclusam, subiecto igne cremarunt; eò tandem immanitatis progressi, vt fetus è matrum vteris extraherent in orientium matrum conspectu medios gladijs dissecuerint. Et per Deum immortalem! quis vel recensere possit eorum numerum, qui in Austria, Moravia, Silesia, Lusaria, & Misnia crudelissime laniati, & martyrio sunt affecti: vt verò terrorem latius spargerent, & flagitijs suis formam aliquam iustitiæ prætenderent, sacerdotes & Catholicæ Ecclesiæ Pastores deprehensos, tamquam diuinæ & humanæ Maiestatis læsæ reos, quatuor alligarunt equis, iisque in diuersum actis, crudelissime discerperunt; Monasteriorum archimandritas & Priores, ligneorum statuarum è direptis Ecclesijs abreptarum strui superimpositos, viuos cremarunt, virgines vero & elegantiores feminas, ad libidinem referuarunt. Hoc modo incarnati illi diaboli, sacerdotum apostatarum ductu, omnes regiones Bohemiæ vicinas depopulati suat, in Franconiam vsque, Hungariam, Poloniam & Austriam factis excursionibus. Quæ sane admirabilis, immo pæne incredibilis res, Alberti Crantzij iudicio, videri debet, vt vna scilicet natio tantum possit. Principes quidem Germaniæ & à Pontifice & Imperatore tamquàm è profundo somno excitati, conuocatis viribus, aliquot prælijs cum Hussitis confixerunt, sed tamquam nescio quo stuporis afflati spiritu, inferiores fere semper magna cum ignominia discesserunt, omnibus impedimentis hosti vix conspecto in prædam relictis.

VI. Dum ita passim rapinis, cædibus & incendijs sæuitur, & Hussitæ, Taboritæ & Orebitæ in epra & delira sua dogmata multorum millium sanguine stabilire contendunt, Martinus Papa V. Concilium Basileam indixit, quod deinde sub Eugenio IV. qui in Pontificatu ei successit, fuit continuatum, Ad id Hussitæ quoque euocati, è suis aliquod Legatos accepta prius fide publica, eò miserunt: quorum princeps fuit is, quem supra diximus, Procopius Rarus: qui cū trecentis equitibus & vexillo, cuius vna pars Crucifixi, altera Calicis (de quo scilicet potissimùm contendere) præfererebat imaginem, Basileam ingressus, omnium oculos in se conuertit, ob res bello post Ziscā feliciter sæpe gestas. Deinde ad Synodū vocatos Julianus S. Sedis Legatus luculenta oratione alloquutus est, grauitè reprehendens, quod Christia-

næ quietem Reipublicæ perturbassent: & amantè simul admonens, vt pacis consilia amplecti, & quæ haberent dubia, amicabiliter in medium proponere vellent. Sic igitur illi totis quatuor diebus de quatuor præcipuis capitibus, ob quæ à Romanæ Ecclesiæ discessissent obedientia, differuerunt: quibus deinde sequentibus aliquot diebus à Catholicis Doctoribus responsum fuit. Quum vero horum quidam inter respondendum crebro hæreseos & hæreticorum vocabulum usurparer, Procopius ille Rarus cum stomacho surgens, vix retineri potuit, quin statim unà cum Bohemis è Concilio discederet. Controversa illa capita quæ aliquamdiu in synodo agitata essent, quorundam ab utraque parte deputatorum disceptationi permessa sunt. Festinantibus autem Bohemis in patriam redire, Concilium voluit, ut delegatorum congressus in ipsa urbe Pragensi tanquam hæreseos metropoli fieret. Eò quoque Galliæ, & Hispaniæ Regum, Sabaudia & multorum Germaniæ Principum Legati accepta ab Hussitis fide publicâ venerunt. Hussitarum præcipua & multoties iam iteratæ querelæ erant, quod Joannes Hussus & Hieronymus Pragensis extremo affecti essent supplicio, & sub Cruciatæ nomine expeditio à Pontifice contra ipsos indicta, & à Principibus suscepta: interim pacis studium mire simulantes, modo postulatâ ipsorum non negligereatur. Diebus aliquot frustra tractatis res ad Concilium, & à Concilio rursus ad conventum Pragensem remissa, & tandem in hæc capita, donec alter de re tota decerneretur, conventum fuit: *Ut communio vtriusque speciei concederetur ijs qui eam requirerent, modo in alijs Ecclesia auctoritatem agnoscerent; hoc observato, ut sacerdotes sic communicantibus semper dicant, Corpus Christi sub qualibet specie totum & integrum contineri, &c.* Hoc modo pax quadamtenus composita fuit Anno 1433. Sed Orphani & Taboritæ publicæ quietis hostes, prædæ iam diu assueti, quum alios hostes non haberent, Hussitis penes quos tum præcipua erat regni administratio, arma intulerunt; sed ad internecionem fere in ipsa Pragensis civitatis conspectu delati sunt, Procopio Raro, præcipuo tantorum malorum auctore, cum alijs ante signanis occiso, & reliquis qui evaserant, postea igne consumptis. Tantum nefariorum hominum erat odium, ut Bohemiæ Barones omnem eorum memoriam penitus delendam censerent.

VII. Harum rerum fama nec opinato accepta, Sigismundus, qui interea Romam profectus, à Pontifice Imperiale diadema suscepit, in Bohemiam reuersus, & à Bohemis, etiam ab Hussitis pro Rege agnitus est. Hussitæ similiter, ab Excommunicatione absoluti, ad Ecclesiæ unitatem redierunt, cui Rokyzana sacerdos & Doctor præcipuus Hussitarum, vna cum aliis eiusdem sectæ autesignans, iuramentum obedientiæ & fidelitatis præstitit, promittens, se pacta inter delegatos in ira seruaturum & à Romanæ Ecclesiæ fide non defecturum, permittens interim ijs, qui uti vellent, vtriusque speciei communionem, donec à Concilio Basileensi certi quid super ea restitueretur. At eodem die quum in Catholica Ecclesia sacris, quæ Catholico ritu celebrantur, interesset, conscenso altari, Laico cuidam communionem sub vtraque specie portexit. Hæc eius audacia (neq; enim in Catholica Ecclesia id facere ei licebat) parum absuit quin nouas rursus excitaret turbas: sed prævalente publicæ utilitatis respectu, inquieti hominis insolentia ferenda potius, quam nouis tumultibus occasio danda videbatur. Nec sic tamen ille quiescere potuit, donec tandem regno fuit eiectus. Secundum hæc Sigismundus rex Episcopis quibusdam negotium dedit, Missam ab Hussitis corruptam instaurandi, explosis quas vernacula lingua illi adiecerant, cantu uiculis; itemque religiosos vtriusque sexus in monasteria, vel potius ruinas monasteriorum reducendi. Post multas actiones, tandem à Concilio decretum fuit, *communione sub vtraque specie ex veteris Ecclesiæ statutis non esse necessariam*. Petierant etiã Hussitæ libertatem parvulis factam Eucharistiam communicandi, nec non Euangelia & Symbolum in Missis populari lingua legendi: sed in vtroque repulsam passi sunt. Mortuo Sigismundo Anno 1437. V. Id. Decemb. Znomyæ in Morauia; nec multo post etiam Alberto Austriaco ipsius per filiam Elisabetham genero & successore ad A. 1439. seditiosus ille Rokyzana in Bohemiam rediit, & cum suæ factionis hominibus effecit, ut Ladislao Alberti filio, utpote minorenni & sub matris Viduæ potestate degente, ad quem tanquam legitimum hæredem Bohemiæ regnum pertinebat, præterito, alius eligeretur: Hussitis dicentibus (quo prætextu hæretici & olim plurimum vsi sunt, & etiam nunc utuntur) eum qui ab alijs regatur idoneum esse non posse ad alios regendos. Regnum igitur Bohemi Bauariæ Duci obtulerunt, quod ille mag-

no animo accipere recusauit. Tandem Regis loco duos Vicarios regni constituerunt, vnum qui Catholicis aliquantulum fauebat, alterum vero pertinacem Hussitæ sectæ asseclam: qui capita religionis, de quibus inter delegatos Concilij & Bohemos transactum fuerat, denuo mutauerunt. Ad componendum vero hoc schisma Nicolaus Papa V. Legatum ad Bohemos miserat, Pragæ honorificè ab iisdem acceptum (b) sed non multo post, furore Hussitarum, Rokyzanam Archiepiscopum sibi postulanti, recrudescente, clam discedere coactum. Quin & Gubernatorem alterum Bohemiam ad extrema progressi, carceri incluserunt, (in quo is miserabiliter periit) tam spiritualia quam temporalia pro lubitu suo disponentes, & tam Pontifices quam Reges sua sibi auctoritate constituentes. Rokyzana enim Archiepiscopi nomine & dignitate non contentus, supremi quoque in Bohemia Pontificis potestatem sibi arrogauit. Tandem furore populi paulum remittente, modestiorum consilio & opera Ladislao rex acceptus, & Pragæ vilitatis Catholice Ecclesiæ cæremoniis coronatus fuit.

Tanto vero Ladislao Catholicam amplexus erat religionem studio, vnumquam hæreticorum sacris aut conuentibus interesset, aut eorum templa intrare voluerit, quamuis rogatus, Quia quum à Rokyzana quidam sacerdos subornatus esset, ut Rege præsentem Missam celebraret, Rex vbi accepit hæreticum esse, quamprimum inde eum abscedere iussit; ni faceret extrema interminatus. Rokyzanam vero cum suis vbique & semper contempsit, quamuis ille potestatem tyrannicè admodum exercebat. Quinque ille in festo Corporis Christi sacram Eucharistiam per vberem deferret, Rex illum è fenestra conspicatus nullum reuerentiæ signum præbuit. Percunctantibus amicis; cur nullum honorem sanctissimo Sacramento exhiberet. *Non me latet, inquit, diuinitissimum Christi corpus dignius esse quam ut satis vquam à me honorari possit, nec mea reuerentiæ gloria eius auget, neque debonestatio decus imminuit. Verum mihi cauendum est, ne dum Christum honore, sacrilegum presbyterum Rokyzanam vulgo approbasse videar, quorum plerumque mores à Principis pendunt exemplo. Nec illi me Deum contempsisse putabant, cuius sacratissimum corpus in Catholici presbyteri manu me semper summi honoribus prosequentes viderunt.* Aliud eiusdem non minus notabile factum prodicit. Nam ex Hun-

b Anno 1448.

gia reuertenti, Rokyzana cum Clero suo obuiam processit, magnam pompam ducens, & habita oratione de faulfo ac felici reditu est congratulatus. Rex autem hæreticum & pestiferum hominem toruis oculis inspiciens, nullas ei gratias egit: vbi vero Catholicæ Ecclesiæ Sacerdotes, sacra ferentes, occurrerunt, *Hos, inquit, Dei ministros agnosco.* Et ex equo desiliens, consalutatis omnibus, sacram crucem oscularus est. Licet vero quum Ladislai Regis pietate, & exemplo, tum Franciscani cuiusdam Monachi, à Pontifice missi, sermonibus Catholici ritus in Bohemia & Moravia paulatim reflorescere inciperent; vna tamen nec opinata Ladislai mors Anno 1457. X. Calend. Decembr. omnem spem euertit, & sulque deque omnia miscuit, Veneno interentum suspicio fuit: cuius culpæ quidam Rokizanam affinem fuisse dicunt. Defuncto Rege, multis regnum ambitibus tandem Baro quidam Gyziko de Podiebrat Bohemus, Rokizanz potissimum & Hussitarum opera Rex electus fuit, frustra Catholicæ tam Bohemiam quam Morauis & Silesijs sese opponentibus: quos nouus Rex Georgius (hoc enim ei nomen erat) vi & armis imperata facere coegit.

Georgio, Hussitica labe infecto, regnante, Hæreticis in Bohemia caput plæ extollere ac triumphare cœpit. Tum Praga urbs duos Archiepiscopos, Catholicum unum, Hussitam alterum, non sine tanti monstri detestatione vidit. Rex nihilominus ad Papam Pium II. Legatos misit, qui suo tanquam Christiani Principis nomine obedientiam ei præstarent, ea lege, ut pacta conuenta (que Compactata vocant) Bohemorum, & in primis de utriusque speciei communione, Pontifex approbare. Quod, ubi Papa denegavit, oratores re infecta domum reuersi sunt. Rex hoc indigne ferens, indixit generalem totius regni conuentum, ad quem & à Papa missus fuit Apostolicus Legatus. Quum vero Rex ad Ecclesiæ obedientiam redire noller, à Pio primum, deinde à Paulo II. quoque illius successore excommunicatus, & Bullæ in Cœna Domini insertus est, publice etiam Christianorum cruce signatorum, contra ipsum pronuntiata expeditione, & Matthia Hungariæ rege in ipsius locum succedere iusso. Sic duorum istorum, varia fortuna diu inter se belligerantium, contentionibus Bohemiæ regnum misere discissum fuit, & multis calamitatibus vexatum.

Tandem adigente conscientia, Georgius Rex

à Saxoniar Ducibus petijt, ut ipsorum intercessionem cum Pontifice recõciliaretur; aut impetrarent saltem, si ex communicationis contra ipsum latam sententiam tollere omnino nollet, suspenderet saltem quoad ipse audiretur. Sed quemadmodum Ecclesia neminem è gremio suo excludit, sic in ijs qui eo semel exciderunt recipendis, cunctanter & prudenter agit. Pontifex tamen in hac petitione minime difficilem se præbuit, & de causa ipsius, ut & pœnitentia, cogniturum se promisit. Sed antequam reverterentur ex urbe Legati, rex Georgius morbo consumptus obiit: post cuius mortem inter Matthiam Hungariæ Regem, & Uladislaum Casimiri Poloniæ regis filium, magna contentione de regno certatum fuit, facta tandem eius diuisione, ut Moravia, Silesia & Lusatia Marchiæ cederent, reliquum penes Uladislaum maneret. Hic exitus fuit Georgij, qui ex hæreticis primus & ultimus Bohemiæ rex fuit: quæ tot tantisque malis fessa, sub Uladislao & Ludonico regibus postea Hussitis religionem suam exercendi libertatem & pacem indulsit.

DE PICARDIS ET CALIXTINIS  
eorumque errore: deque ijs motibus qui  
Luthero exorto & religionis mutationem  
aggresso in Bohemia extiterunt.

CAPUT V.

ARGUMENTUM.

- I. De Calixtinis, & eorum circa utramque speciem in Eucharistia Sacramento errore, ac argumentis.
- II. De Picardis, & Lutheri de ijs iudicium.
- III. Lutherus mutata sententia, Picardos fraternitate dignatur.
- IV. Bohemi Lutheri & Lutherana doctrina defensionem suscipiunt.
- V. Ferdinandi leges contra Hussitas & Calixtinos.

**B**OHEMIÆ regno vehementer afflicto, tamquam corpori male affecto, qui sequuti sunt reges quiete aliqua potius quam violento remedio opus esse iudicantes, ac simul Hussitarum in-

Tt

saniam



sanam lenitate quam asperitate facilius sanatum iri sperantes; pacem eis ritusque suos sine ulla in-  
terpellatione colendi licentiam concedendam  
statuerunt. Hi vero tum & postea Calixtini dici  
coeperunt, quod de Calice in Eucharistia, Laicis  
quoque porrigendo, tamquam pro aris & focus,  
pugnarent: quem etiam vel pictum vel sculptum  
ædium suarum vestibulis præfigere solebant, ut  
hoc quasi insigni se solos veros Christianos esse  
ostentarent, qui Cœna Domini ita uti à Christo  
instituta est, uterentur. Er hic quidem error pos-  
tea longe lateque fuit disseminatus, & innumeras  
animas ab Ecclesia separavit. Hoc vero potissimum  
argumento quum isti, tum qui hodie eandem se-  
quuntur opinionem, uti solent. Numquid, aiunt,  
Christus in Cœna Apostolis & panem & vinum  
præbuit? (A) Numquid idem dixit, *Hoc facite  
in mei commemorationem?* Item *Quotiescunque man-  
ducabitis panem hunc, & calicem biberis, mortem Do-  
mini annuntiabitis, donec veniat.* Et alibi: *Quicumque  
manducaverit panem & biberit calicem Domini in ñg-  
no, reus erit corporis & sanguinis Domini.*

Sed folium vertite, ô Hussitæ, Lutherani, Ana-  
baptistæ, Zuingliani, Calvinistæ, & quoque ab  
Ecclesiæ discessistis unitate, qui omnes etsi in  
reliquis articulis diversas admodum & inter se re-  
pugnantes sequimini sententias, in hoc tamen u-  
no quasi ore conspiratis. Vertite, inquam, folium,  
& videbitis si toram inspicitis Scripturam, hanc  
enim solam duce sequi decrevistis. nullum repe-  
rietis fixum vestri munimentum erroris, multa ve-  
ro præsidia Catholice assertionis, quicquid enim  
de Corporis & Sanguinis Dominici controversia  
desiderare & disputare potestis, id omne ad capita  
fere quinque revocatur. *Primum* sunt Prophetiæ &  
Symbola futuri Sacramenti, in agno occiso ab o-  
rigine mundi unde vestitus est Adam, in arbore  
Vitz, in agno Paschali, in manna deserti; in pani-  
bus propositionis, in Sacrificijs & victimis Mosai-  
cis, in ipsis panibus, quos Christus præbuit in de-  
serto multis millibus, quæ omnes figuræ ut cæteræ  
Eucharistiam sub una soium manducabili, & non  
portabili specie, Sacramentum hoc daudum mani-  
festant. *Secundum* est Promissio ipsa Christi de hoc  
Sacramento postmodum dando Joannis sexto, quo  
loco Sacramentum sui Corporis & Sanguinis ap-  
pellavit cibum & panem manducandum duode-  
cies, & eidem sub talibus nominibus expresso ean-  
dem penitus vim vivificandi, resuscitandi attri-  
buit, quam utrique speciei manducabili & potabi-

li non nisi quater conjunctim expressæ, adjungit,  
clarissimo adversum vos Utraquistas præiudicio,  
nisi forte, ut quidam vestrum fecisse noscuntur qui  
scripturas, unde percellantur, negant, aut uti Cal-  
vius, ajunt; ineptum esse, ut Christus istic apud Joannem  
de Cœna sua ultima sui locutus, utpote quæ tunc non-  
dum fuerat instituta, quasi nemo de re futura loqui,  
eamque promittere, & ijs quibus promittitur com-  
mendare non possit? Ineptus igitur fuit, Calvinii iu-  
dicio idem Dominus, cum de Baptismo locutus est  
Nicodemo; de iudicio extremo, de regno cælorum,  
deque suamet passione, hæc enim nondum erant cum  
de eis, qualia futura essent prænuntiabat. Dicerem  
hic: ô os impurum & maledictum! si quisque, qui at-  
tendit, digniora in se nomina exprimere nõ cogere-  
retur. Sed & oppono Calvino collegas sui erroris  
Bezam, qui contra Heshusium scribeas, uti & Pe-  
trus ille pseudo-Martyr fatentur, apud S. Joannem de  
cœna sua ultima Dominum fuisse locutum. Omitto per  
singula sæcula exscribere SS. Patres & Cœcilia quæ  
Salvatoris eo loco de Sacramento sui Corporis cen-  
suerunt fuisse locutum, quorum is sane est numerus, ut  
iustum Ecclesiæ possint constituere Oecumenicum  
conciliū. His accedit Paulus vas electionis & Do-  
ctorgentium, qui in omni lingua Græca, Latina,  
Germanica & c. loquitur hodieque ad ipsos mini-  
stros *Quicumque manducaverit, vel biberit. Tertium* est,  
præcepto, de eo, quod sic figuratum promissumque  
est post institutionem sumendo, imposita adultis  
necessitas, quam nullibi clarius tenetis, quam illo;  
quem Catholici agnoscent apud Joannem loco ex-  
pressam, ibi lego & audio, quæ cara nobis sit vita,  
quam cara resurrectio, tam appetibile oportere es-  
se nobis illud, quod xii. locis sub una specie & qua-  
ter solam sub duplici inculcatur. Et sane frustra a-  
libi Sacramenti, ab omnibus adultis sumendi, quæ-  
retis præceptum, quod alio loco scripturæ non est  
cunctis impositum, nam illud verbum *Bibite ex hoc  
omnes*, fatue ad absentes extenditur, cum S. Marcus  
ab his, ad quos id verbum dictum est, ostendat fuisse  
impletum, dicens, & *biberunt ex eo omnes*, si igitur  
mi Utraquista te inter hos ultimæ cœnæ convivæ  
accenses, cense pari iure te iam ante 1600 annos de  
calice testante scriptura bibisse & noli accusare Ec-  
clesiam Catholicam quod tibi præcipiat id, quod  
iam bibisti. Vide quantum argumenti tui subtilitate  
profeceris, qui te Metempsychosios aut alterius  
Pythagorici erroris reum sic delirando declavasti.  
Et ut te domi tuæ nato argumento conveniam, si  
*omnibus de calice bibendum* est, ita ut autumare

vis, cur infantibus recens natis calicem illum à Domino præceptum non porrigis: cur multos invalidos in agone constitutos, tuorum Ministrorū synagoga vna specie defraudat: cur abstemijs? cur Virginibus, vini gustum pro probro alicubi habētibus solum panem indulget Ministerium? quod tanta necessitate à Domino asseritis præceptū, vt opinione præcepti, vniuersæ Ecclesiæ concordiam scindatis! De infantibus si mihi consuetudinem Ecclesiæ opponitis, nihil agitis, quoniam his olim vna cum baptismo datum fuisse reperitis. Magnū illum Martyrem Cyprianum Lib. de laps. imo Musculum vestrum in Locis cōmuniibus consulite, qui eam consuetudinem multis, *vt piam & Christianam, extollit, etsi Caluinus & Bullingerus de cæna (s) aduersus Symmista suum id ipsum condemnent, & de eis, qui ea consuetudine aliquando sunt vsi, surpsu erroris & impietatis pronuntiant veritū.* Quod vero ægios aut abstemios, verecundisve aliqua specie defraudantes toleratis, in hoc manifestos vos præuaticatores constitutis, qui quod docetis, non curatis, & propter arbitrium vestrum vel quoduis impedimentum permittitis violari vobis asseritū Domini præceptū. Sed & frustra ab ijs verbis præsidium peritis, quibus Apostolus iubet, *vt homo semetipsum probet, quasi illis infantes exclusi, adulti censentur adstricti nequaquam.* Probatio enim quam Divus Paulus hoc loco requirit, ad animam spectat, vera Confessione & pœnitentia purganda, & à peccatis lauanda: quod in infantes non cadit; quos etiam hanc ob causam à communione non excludere potestis cum se probare nequaquam possint. Denique iam millies responsum est, Saluatorem ad corpus suum sub panis & vini speciebus consecraturum, *non alios quam Apostolos in cæna sua aduocasse.* Quamuis enim tunc etiam septuaginta duos haberet discipulos, etiam Mariam Virginem, Magdalenam, Martham & cōplures alias feminas, quæ se quebantur ipsum; *ne minem tamen ad hunc actum præter Apostolos, vocauit.* Quin Lucherus asseuerat, *(d) S Virginem numquā Eucharistiæ communionem vsam.* Et apud nos in Santonibus minister quidam à Nobili viro rogatus, vbi tum Beata Virgo fuerit: *Eccubi,* inquit nasum suspendens, *illa fuerit, quam ad colum, sicut ducens? O iocum, non risu, sed vtricibus stans dignum!* & tamen vel sic Catholicis seruientem, inftar confessionis ab aduersario concessit, quod *Omnes dictum Christi debendo non astringat. (f)*

vti S. Cyprianus & alij SS. Patres vniuersi consensu cum Paulo Apostolo exponunt eum locum. Quis igitur ex dilecto illo non videt, Saluatorem hinc non omnes absolute alloqui fideles? (alioquin enim omnes eos aduocasset). *Quartum* est Sacramenti Institutio, qua multa in se complectitur, nimirum Materiæ constitutionem, eiusdem vt valide alij eandem ministrare possint cum potestate Extraditionem, Formam consecrationis, & eiusdem ab alijs valide vsurpandæ legitimam, cōmissionem, Denique consecratorum Abstentionem, de quibus ordiæ & breuissime nunc vobiscum coasero. Et quidem quod attinet ad Materiæ pro Sacramento Dominici corporis electionem, cum ipsum manducari vellet ad nostræ infirmitatis sustentandæ subsidium, pijsissimus Saluator congruentissime Panem omnibus adultis, quibus parabatur, appetibilem, & Vinum plerisque mortalium non inuisum elegit, quæ electionem suam in manus suas sanctas eadem assumendo declarauit, ac mox præsentibus omnibus Apostolis suis electis in manus porrigendo potestatiue extradidit & illi tangendo potestatiue receperunt, vinum quidem in calice, panem vero vel immediate, vel, quod decorum est, in patena, vel orbe iacentem (neque enim rusticis morib⁹ mihi fas est imaginari Dominum meum honestatis omnis conditorem) Seruat fidelissime hæc omnia hodie dum Romana seu Catholica Ecclesia, quæ nullum vnquam censuit valide ordinatum, & neque ordinat vnquam Dei pro Sacramento hoc ministrum, nisi panem in patena, & vinum in calice extrahat ordinandæ personæ: & ea tangendo potestatiue se acceptare testetur, cū igitur nihil horum, quæ in scriptura tam discrete asseruntur, à vobis in Ministrorum vestrorum ordinatione seruetur, manifeste non solum præuaticatores vos confitemini scripturæ, & Dominici instituti) sed &, vt nihil à vestris ministris Sacramenti efficiatur, impie causatis, quia plebem Sacramenti, quod nullum efficiatis, nominibus in eis ludificatis, & tam plebs communicata inanis Sacramenti de vestra mensa recedit, quam inanis potestatis omnis ad id conficiendum Minister vester accessit. Omitto alia vobis oggerere quæ vestri Ministri, in calice peccant, qui & cochlearibus, & salinis, & scutellis & nescio quibus non rebus, ministrando sunt vsi; omitto ipsam materiam non raro peruersam ab iisdem fuisse, cum suc-

succū ē pomis & pitis & alijs expressum pro genimine vitis à Domino assumpti, plebē ludificauerunt.

Jam vero quod ad consecrationes, seu benedictionis formam cæremoniasque eius attinet, hic plane vos Utraquistas, Romana detriumphat Ecclesia, etiam solius scripturæ indicio manifesto: nam Christus Dominus & Magister noster in luminaribus ardentibus ad mensam suam panem & vinum tractauit, erat enim noxi. Cor. 2. *accepto pane gratias egit.* Lucæ 22. & *elevatis in cælum oculis ad ad Deum Patrem suum Omnipotentem eique gratias agens benedixit,* ut Sanctus Petrus in Missæ suæ Canonē perscripsit: Sive ut verbo brevi idem exponit Matthæus *benedixit.* 3. *fregit* ut Luc. Matthæus & Petrus consentiēter affirmāt, sive ut Marc. *benedicens fregit.* 4. *dedit discipulis suis,* uti Matth. Marc. Luc. Paul. & Pet. consone testantur. *dicens: Accipite & comedite seu manducate,* uti Matthæus Paulus & Petrus, sive ut Marcus verbo absolvit *Sumite.* 3. formam mutandi panis præscripsit hanc *Hoc est Corpus meum* ut Matthæus Marcus Lucas Paulus & Petrus testantur, nisi quod Sanctus Petrus particulam *enim* amplius à cæteris omisam expressit. 6. intentionem quam in dando hoc Sacramento haberet, & velle agnosci, nempe *Sacrificij æterni*; æterni quidem dum per Sanctū Paulum ait, *Donec veniat, mortem Domini annuntiandam esse.* Sacrificij vero, in eo dum per Sanctum Paulum ait: *Quod pro vobis tradetur* & per Sanctum Lucam, *quod pro vobis datur* nisi forte tam sitis rudes, ut quid inter *Vobis & pro vobis dari* intet sit non capiatis, quo casu vobis Grammatica magis opus erit, quā scriptura. 7. Denique ut formæ eiusdem & cæremoniarum, quæ Dominus in Sacramento efficiendū usurpauerat, potestas ad Apostolos intelligeretur valde transférri, adiecit testante Luca & Paulo: *Hoc facite in meam commemorationem.*

Observat hæc cuncta & exacte Sancta Romana Ecclesia, à temporibus Apostolorum sibi continēte tradita, nam nunquam Sacramentum hoc sine luminaribus in Mensa Dominica conficit, ut nostis, qui hunc ritum, tanquam in cæremoniis blasphematis. Deinde cum multa gratiarum actione idem Sacramentum celebrat, dum & horas Canonicas ē psalmis alijsq; scripturis pulcherrime cōpostras, recitat, & alios ad præparationē Missæ Sacerdotib; præscribit, & ab introitu Missæ, usq; Oblationē, seu Acceptiōnē panis & vini multis modis & cæremonijs benedicit & frangit, & formam panis in Christi corpus mutandi, plane vt Christus

pronuntiat; & intentionem Domini, pro viuis & defunctis offerendo, conseruat, & in ordinationibus Ministrorum diuinorum, potestatem vtendi ea formā tradit, adeoque iubet, vt cum Episcopo ordinante tam Canonem Missæ, quam formā consecrandi, recens Ordinari pronuntiet, quorū omnium, nisi forte fractionem mechanicam panis, vos utraquæ nihil (si paucos Hussitas demamus) tenetis; quanquam sæpius pro fractione panis cōstet apud vos fieri scissionem, non fractionem congruenter sane genio vestro schismatico, vt qui scissuris nati scissuræ, seu schismatis amorē hæreditatis. Postremò, à Christo Domino consecratorum absumptio plane eodem modo in Catholica Romanæ Ecclesia geritur, vti ab ipso domino gesta fuisse perhibetur. Ille consecratam speciem panis fracti suis porrexit; Sacerdos apud Catholicos legitime ordinatus cōmunicandis sibi creditis porrigit. Ille post speciem panis comestam calicē non consecratam suis obtulit; vt diserte S. Marcus asserit, dicens: *Et accepto calice gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes.* Nempe illi quibus S. Matthæus narrat dictum esse: *Bibite ex hoc omnes.* Hanc vero calicem, ex quo sic omnes iussi bibere, biberunt, fuisse non consecratum; idem Marcus declarat, dum post verbum *biberunt ex illo omnes,* docet Dominum dixisse: *Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur.* Pater igitur etiam ex vestris adeo iactatis bibliis Apostolos ante consecrationem calicis nudum vinum bibisse; quod de consecrato nunquam æquē potenter ostendebitis, vti vobis Catholici de non consecrato remonstrant. Neque volo vt mihi oggannatis ex Catholicis Doctoribus qui fortasse concedunt Apostolos consecratum bibisse. Nolo hos ex ore vestro audire, quibus ipsimet credere non vultis, modo ex scriptura sola vobiscum, vti elegistis, contendō, & vos vinco, pro Catholicis: si cum Catholico mihi res erit; scio quomodō cum eo possim dissentiendo in vno capite sententiam dicente conuenire. Quod vero Apostolos tunc sacerdotes instituit, tradita eis sacrificandi potestate, vsus ad eos his verbis, *Hoc facite,* patet, quod nō solum apud profanos scriptores, sed in Sacris (et) quæ litteris *sacrificare* significat. Quod si verba hæc ad omnes pertineant fideles, omnes fideles consecrandi haberent potestatem, quod nec ipsi Ministri omnibus concessum volunt. dabat de hoc

c. Leui. 193. Reg. 18. Ose. 2. Leui. 9. Num. 6.

Hoc mi Lector? Attende primum quæso & vide An i qui sub vtraque specie laicis Eucharistiam dandam consent, penes omnes consecrandi eam aut administrandi potestatem esse velint? Contrarium certe ipsa testatur experientia, quum vt apud hæreticos soli Ministri, sic apud nos soli sacerdotes hanc sibi potestatem vindicent: & quidē hi quum sacrificatores sint, Saluatoris nostri exemplo panem & vinum consecrant, secundum ordinē Melchisedech, qui verus typus fuit Iesu Christi, vt qui in sacrificio suo panem & vinum obulerit (f). Et hæc illa est figura eiusq; adimpletio, qua magis ille nominis Iudæorum Doctor, Rabi Samuel motus, Christianam religionem amplexus est. (g) Hinc etiam apud nos soli sacerdotes, tamquam sacrificatores, sub vtraque specie Saluatoris nostri exemplo in Ecclesia communionem sumunt; cum nempe Missam celebrant, alias nequaquam nequidem feria sexta sanctæ hebdomadæ, qua vti nulla sit consecratio, ita quoque nulla percipitur sub vtraque specie communio. Quod quidem obseruatur quam late patet Christiana religio, etiã apud Græcos, per totum Quadragesimæ tempus. In horum enim Ecclesijs sacerdos numquam nisi solo pane communicat, exceptis feria septima & prima seu Dominica: ceteris enim diebus non consecrat: Dominicæ vero panem cælestem seu hostias, quibus ad sequentis septimanæ dies festos opus est, præparat. Quemadmodum vero Christus Apostolos docuit, quomodo in sacrificio illo corpus ipsius consecrare debeant; sic etiam reliquis discipulis ostendit, quomodo id sub vna specie in communionem debeant sumere. Numquid enim nõ Emanante à discipulis in fractione panis agnitus fuit? Factum est inquit, S. Lucas, dum recumberet cum eis: accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Tum quidem Christum, iam secundo corpus suum consecrassē, Catholici Theologi sentiunt. S. Chrysostomus certe (h) & S. Augustinus (i) inquit, Discipulis oculos fuisse clausos, ne Saluatorem passent agnoscere, donec panem illi consecravit: Non ergo dubitandum esse quin hoc illud ipsum sit Sacramentum, in quo agnoscendum se nobis Saluator exhibeat. Sed quid opus est alijs argumentis, quum omnium S. Ecclesiæ Doctorum & Patrum constans hæc sit sententia (k) Neque sane in totam publicis quam privatis conuentibus seu conuiuijs, quibus Saluator noster interfuit, pluries quam ter hæc consecrandi ceremonia vltus fuisse legitur: ex quo facile intelligi potest, non vulga-

rem illam aut vtitatam fuisse benedictionem. Et de communionem sub panis tantum specie intelligi potest imo debet illud quod Lucas de discipulis dicit (l) Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & communionem fractionis panis, & orationibus; quod & postea in eodem capite latius explicat. Et capite vigesimo quando dicit, Paullum & fideles circa mediam noctem conuenisse ad frangendum panem, absurdum sane fuerit de cibo vulgari & vtitato hoc intelligere: & duo Noui illi Apostoli Lutherus & Caluinus idem de sua cæna explicant. (m)

Quoniam vero hæc nostra delapsa est oratio; age contouersiam hanc, ob quam non ignoro complures in hæresi, quo minus ad Catholicam redeant Ecclesiam, detineri, crassa Mineiua paucis explicemus. Ac primo, quæro ex vobis, Hæreticæ, & quicumque vtriusque speciei communionem Laicis necessariam esse dicitis; Primi illi Christiani, qui per Mundum obambulantes, vnã cum viatico panem consecratum secum circumferēbant, vt eo vel ad martyrium alacrius subeundum animarentur, vel ad animi solarium vterentur, anne corpus Domini nostri acceperint? Non, opinor, negabitis, quum historia de sancti Ambrosij fratre, sanctam Eucharistiam secum portante, vobis nota sit; vt & illa, quam S. Basilus recitat de duobus eremiticis, qui sacerdotibus destituti, Sacramentum hoc secum assidue gestarunt, & ex suis ipsorum acceperunt manibus, vt innumera martyrum Acta idem constantia de solo pane omittam. An hos vinum quoque consecratum secum gestasse dicetis? At fieri id non potuit; & ad contrariam partem demonstrandam argumenta nobis suppetunt. Quapropter fateamini necesse est, aut communionem sub vtraque specie non esse necessariã, aut primos illos Christianos de corpore & sanguine Christi non communicasse, cum eo tempore primis illis Christianis panis Eucharistici in manus dari soleret, quæ illi ita consecratum secum asportabant, vt ex Cypriani scriptis aliorumq; plurimum (n) patet. An vos idē de vino illis dato vllibi scriptum aut pictum legistis vel vidistis? Nec sane citra multa incommoda hoc fieri poterat. Panem Eucharisticum ad ægrotorum vsum re-

Et 3<sup>o</sup> ser-

f Cyprian. g Cabasil. p. Liturg. sap. 214. h Chrys. hom. 17. op. imp. i 8. August. l. 3. de cons. Euan. c. 2. k Theop. 9. in Luc. ep. 59. l Act. Apost. cap. 2. m Luth. serm. de Eucha. Calu. 4. In c. 17. n. n Ep. ad Caspar. s. Tert. Ad uxorem de laps. Epist. 5.

feruatum legimus: de vino nulla est mentio. Non tunc concedere quod in primitiua Ecclesia, secundum temporum & aliarum circumstantiarum diuersitatem, tam vnum quam alterum in usu fuerit. S. Thomas, (x) qui non multo post Lateranense vixit Concilium, in quo quaestio hæc ventilata fuit, *sub vtraque, inquit, specie communicare omnibus licitum, sed non necessarium esse.* Ob Manichæorum vero errorem, qui *vinum exsecrabantur, se esse tenebrarum Principis, dicitantes.* Ecclesia communionem sub vtraque specie instituisse ab aliquibus creditur (x) vt illo præcepto nefarii homines Catholicis sese immiscentes detegerentur: quos acerrimus ille hæreticomastix Augustinus nullibi tamen e nomine reprehendit, quod sub vna tantum specie communicari, quæ tamen reprehensione non caruissent, si tempore S. Augustini Communio sub vtraque specie necessaria vel vsitata, vel præcepta à Domino fuisset. At si eidem Ecclesie ordinanti utramque tunc, modo aliter visum fuerit, aliud quoque statuere ei licebit; quemadmodum nunc communionem vtriusque speciei non necessariam esse declarauit, ob multa incommoda quæ inde possent existere. Ac primum, ne vinum consecratum in tanta communicantium multitudine effundatur. Deinde quod nonnulli ne odorem quidem, nedum gustum vini, præferunt meraci, quali Caluinistæ in suis Cœnis vtuntur, ferre possunt. Vt enim mero bibis vino nihil dulcius; sic abstemijs nihil magis aduersum est, & noxium. Tum etiam quod periculosum sit post eos bibere qui morbo aliquo contagioso sunt affecti. Nam & ipse noui in nouella quadam Ecclesia accidisse, vt complures ex tali haustu Veneriæ lois labem conceperint: sic vt quod Vnionis Sacramentum esse debet, hoc modo diuisionis & inimicitie Sacramentum facile fieri valeret. An vero, ô Calixtini & Lutherani & Caluinistæ, numquam idem apud vos accidit? Annon Cœnis vestris (licet præ Catholicorum multitudine, vix integrum pugillum hominum vestra omnium complectatur religio) sæpe homines assident, qui ab omni vini gustu & odore abhorrentes, pane tantum vescuntur? Audiuimus duorum è Germania Nobilium historiam, quorum vnus aqua, alter pura imaginatione, ex Prædicantium suorum Consilio, pro vino in Eucharistia vsus est, imo non defuerunt, qui pseudo-vinum ex prisæ ac malis expressum adhibuerint ministri, deficiente eos vino, quod pueri illud sub concione nacti epotassent, præceptum commu-

nicaturis. Quin si quando in Gallia contingat abstemijs venire ad unam Caluinisticam, quid facit tum Minister? Nimirum nihil aliud, quam quod communicantem protestari iubet, id non ex Papistica aliqua superstitione, sed naturæ suæ imbecillitate fieri. Nonnulli vero vitrum seu poculum ori quidem admoventes, bibere se simulant, quum tamen recento spiritu, ne gutturam quidem educant; filiz præcipue, quibus multis in locis vinum bibere probrosum est. Nescio equidem an ob hæc causam in Palatinatus quadam Synodo deliberatum fuerit, an ex à communionem seu Cœna plane sint arcendæ atque excludendæ (y). Sed & aliam longe grauissimam causam sapiens mater habuit Ecclesia ob quam sub vna specie communionem populo præcepit: quod nempe præsertim in regionibus Septentrionalibus, & non ita pridem Nouo Orbe repertis, vinum difficillime, aut etiam plane non possit comparari. Acosta in rerum Indicarum historia testatur, vidisse se lagenam vini exiguam trecentis scutaris emtam: & nos quoque sequentibus libris ostendemus, in quantis difficultatibus Geneuensis Ecclesie colonia, in Americam ad disseminandum nouum Euangelium frustra missa, eandem ob causam versata sit. Tanto vero maius sibi periculum futurum sit, si ad cœnam eiusmodi strenui potatores accurrerint. Certe in loco quodam non procul ab hac vrbe Minister quidam non sine stomacho auditoribus suis pro concione publice exprobaui, esse quosdam qui Cœnæ se ingerant, tantum vt vitro vini pleno fauces & pantes suos proluant: non aliter quam in profano symposio. Et alius quidam in Beneuensi diuisione non sine causa graui iracundia exarsit, videns plenis faucibus comunicantes sese ingurgitare. Idem non sine horrore Antuerpiæ se vidisse Schlüsselburgius testatur (z) In illis quidem regionibus vinum ob summam eius inopiam, ad sacerdotum tantum vsus in Eucharistia diligenter asseruatur. Quid de magnis prochijs dicemus? qualis est Lutetiæ S. Eustachij, in qua circiter triginta aut quadraginta sunt millia communicantium: nunquid totis cadis vinum ad altare aggregere necesse sit? Etsi enim in nostris Ecclesijs vel vinum vel aqua plerisque offeratur, vix tamen quisquam oblatum sumit. Vnde vero in Iaponia &

alij

u i p. 9. ar. 2. x S. Leo ser. 4. de Quadrag. y Resciua in Atheis. de Trinit. z Lib. 3. Theol. Calu.

alijs Noui Orbis regionibus, ubi Vitis ignota est tanta vini copia peti possit? Multa sane Græcis hic communicandi mos incommoda multasque confusiones peperit, quamuis exigua tantum guttam, tantam quantum extremus cultri mucro sustinere possit, communicantibus cochleari præbeant. Eadem fere ac maiora incommoda Hussitæ in Bohemia experti sunt, ut qui non pitissant, sed Germanorum more liberaliores haustus amant. Cum enim ex Iacobelli Consilio, prima cœna vino celebraretur, & quadraginta vel quinquaginta circiter personarum millibus distribueretur; quam tu aliam putas templi illius, quam popinæ cuiusdam madidæ faciem fuisse? Hæc vero incommoda circa panem euenire non possunt: qui & vbique obuius est & parabilis, & sine periculo & distribui & diu asseruari potest. Sed quid tu dicat aliquis. An Theologi potius quam Historici personam agis? Ad oleas ergo redeo; sperans huic meæ euagationi eos facile veniam daturus, qui norunt quam altas error hic in multorum animis radices egerit, adeo ut hanc vnâ ob causam cum Catholica Ecclesia in gratiam redire cunctentur; quem quidem nos sancto veræ religionis zelo inflammari, & delibare & refutare pro virili conati futuus.

II. Calixtinis errorem suum pertinaciter defendentibus, post multa & cruenta bella, tandem liberum permittum fuit religionis exercitium, in nullo à Catholico differentis, quam quoad Calicis, & Euangelij vulgari lingua in Missa recitandi vsum. Eos nihilominus Ecclesia hæreseos condēnauit. Ut enim qui è nauis in mare excidit, quâuis aqua non valde profunda sit, non minus madefit, quam qui in profundum prolabitur gurgitem: sic non minus Hussita, in vno solo articulo, ab Ecclesia dissentiens, interitum sibi accersit, quam Lutheranus in pluribus Ecclesiæ contradicens. Porro Taboritis ad internecionem fere deletis, noua secta antea incognita successit. Picardorum dicta, à Picardo quodam Gallo, qui è dissuta Valdensium veterum in Francia hæreticorum tunica centones quosdam in Bohemiam asportauit. Hi contra Hussitarum morem, præter Biblica scripta nihil recipiunt, sacerdotes & Episcopos, ut olim Apostoli Marthiam, forte legunt, hoc modo (a). Nouem è suis eligunt, quorum nomina in scedulis inscribunt: tres vero, quorum nominibus vox Est adscripta reperitur, ad munus designantur, qui modus etiam hodie ab eis vsurpatur. nulla apud eos cœlibatus lex est, aut

professio; quamuis plerique si Theologiæ Mosconitæ auctori credimus, (b) primum castitatis votum seruent. Mortuis nullas faciunt exsequias: dies festos & ceremonias habent per paucas. Hi à Bohemiæ regibus Morauia eiectioni, in VValachiam commigrant: in Francia vero nostra alicubi adhuc VValdensium exstant reliquæ, à quibus illi ortum duxerunt. Quamprimum vero fama de Lutheri conatibus in mutanda religione percrebuit, Hussitæ magnam in spem erecti sunt, hunc diuinitus esse missum qui res ipsorum tum vehementer afflictas, restauraret. Lutherus e contra, indignabundus quod pro Hussita haberetur, protestatus est, (c) se cum ipsis nullo modo sentire, neque vquam sensurum, ut qui sua ipsorum auctoritate schisma fecerint, & ad Ecclesia recesserint obedientia. Idem de Picardis quoque iudicium pronunciauit; de quorum auctore sic loquitur. An credendum est, inquit, hæretico? qui ante quinquaginta annos demum adueniens, tot seculorum fidem & doctrinam falsam esse dicit: nec vlla affert argumenta & probationes, quam suum illud. Non credo, Et alibi, nullum vquam, infelices illos hæreticos Picardos rebus suis auxilium à se sperare iubet: quos & nominat diuini nominis blasphematores, & Christi proditores. Rursus alio loco intelligere se ait, tria esse sectariorum in Bohemia genera, inter quos tiam sunt Picardi, quorum de Eucharistia sententiam scripta qua viderit, facile prodant, ut qui veram corporis & sanguinis Iesu Christi in Eucharistia præsentiam minime credant: eoque à se pro hæretico habent.

III. Posteaquam vero Lutherus ab aduersarijs vndique se obsessum & ijs difficultatibus de quibus numquam cogitat, circumuentum vidit, ut (credo) tutus ipsi in Bohemia (quam proscriptus parum absit quin statim petierit) esset receptus, infamem palinodiam canere non dubitauit (d). Felicem Bohemiam appellans, que à Romana Ecclesia secesserit, & de medio Babylonis egressa, numquam eò sit reuersura. Hussitas quidem à se hæreticos appellatos, sed eo tempore quo Papa nonnulla concedenda esse adhuc existimavit. Iam vero aliter erga ipsos esse animatum. Nomen ipsorum sibi tum odiosum fuisse, quum Papam Antichristum esse nondum cognouisset. At iam acceso diuinitus in Mundo Euangelij lumine, longe aliter de ipsis iudicare. In Epistola vero ad Bohemos

a Sleid. lib. 3. b fol. 96. c Tom. 1. de cl. dec. prac. pag. 22. & Tom. 1. len. pag. 21 & in Disput. Lipsiensi. d

Bohemos scripta, eos hortatur, ut *cenam Domini* retineant integram, ut Hussij Pragensis memoriam seruent inuiolatam: sed licet tota Bohemia deficiat, set amen Hussio doctrinam esse celebraturum ad omnem posteritatem. Et quamuis non omnia sint apud ipsos recte constituta, non tamen defuturum esse Deum, qui suo tempore fidelem aliquem ministrum & religionis emendatorem sit ipsis excisaturus, modo constanter agant, & Pontificatus Romani turpitudinem ac impietatem longissime ab se repudient. Vides, opinor, quam acute cum Bohemis Lutherus egerit, quos ut in nassam suam illiceret, libellos suos in Bohemicam linguam versos Pragæ magno numero disseminauit, & Bohemorum pseudoapostoli Constantiæ exusti prophetiam amplexus. Ego, inquit, (e) Doctor Martinus Lutherus indignus Domini nostri Iesu Christi Euangelista, dico, S. Ioannem Hussium de me loquutum esse, quando dixit: Vos iam assabitur anserem, sed post centum annos Cygnus veniet, quem non assabitur. Quid multis? Tanta fuit Lutheri vix exorti per Bohemiam à Scholaribus ab ipso submissis concitata expectatio, ut velut in alterum illum magnum Prophetam, ab ipsorum Ioanæ tamquam præcursore præmonstratum, omnium animi essent intenti. Hic itatus Bohemix erat suam ordiente hæresin Luthero.

IV. Rebus in Bohemia pacatis permãentibus tunc quidem graues in Hungaria turbæ excitatæ sunt, rege eius Ludouico, filio Vladislai Regis Anno M. D. XXVI IV. Cal. Sept. sine prole mortuo & magna parte Nobilitatis à Turcis in prælio occisa: Bohemi tunc vicinorum clade sapientiores facti, turbis abstinerunt. Quum vero Smalcaldicum fedus cuderetur, de eo amplectendo nonnulli Consilia inierunt: quæ tamen Ferdinandus rex prudentissimus, qui Ludouico successerat, mox disturbauit, adductis ex Hungaria & Silesia in Bohemiam copijs, & in ipso quoque regno conscripto exercitu, quo contra Protestantes vteretur: ægre admodum idferentibus Bohemis, eo quod cū Saxonica domo sibi intercederet, fedus violari causantibus; sed reuera religionis tantum causam spectantibus, cuius causa obedientiam, quam regi suo debebant, abijcere non verebantur. Nam etsi Hussitarum & Calixtinorum religio à Catholica quam à Lutherana propius absit; hætenus tamen amicitiam cum Protestantibus colere & Consilia clam communicare numquam destiterunt. Et mos est omnibus qui ab unitate Ecclesiæ semel exciderunt, ut, quamuis in diuersas distracti sint factiones, ijs contra Ecclesiam sele adiungant, quos

sciunt eodem ab ea iudicio & decreto esse damnatos. Quia vero de patriæ agi libertate plerisque persuaserant, etiam è Catholicis quidam ad fedus suum pertraxerunt, constituto eius duce Gaspare Pflugio, qui Mauritio Saxoniam oppugnanti, se opponeret. Captis dein Saxone & Landgrauio, ac bello Smalcaldico finito (ut præcedenti libro diximus) Ferdinandus Rex proceres aliquot Bohemiæ Pragæ ad se euocauit, tamquam læsæ Maiestatis reos: qui multorum precibus & intercessione impetrata venia, his conditionibus in gratiam recepti sunt; ut ab omni fædere discederent, ut priuilegia & documenta omnia, ut & tormentarium apparatus & arma, itemque quos rex vellet, captiuos traderent. Ex nobilitate quidam citati, quum ad diem non adfuissent, lata sententia, famam, fortunas omnesque vitam commisisse pronunciatu sunt: Gaspar vero Pflugius læsæ Maiestatis damnatus, & in eius caput aureorum millia quinque præmium constitutum fuit.

V. Bohemis ad officium reductis, Ferdinandus Rex edicto promulgato mandarat, ne quid in Sacramento Eucharistiæ administrando mutaretur, sed verus Ecclesiæ forma obseruaretur. Eo perterriti Picardi, cum Pastoribus suis in Poloniam abierunt. Horum vero vnus Rohita nomine, in Moscouiam concessit, ibique cum Græcæ Religionis sacerdote, præsentè & audiente Magno Duce Basilde, disputatione habita, mox inde tamquam hæreticus fuit expulsus. Colloquium hoc siue disputatione adhuc extat, Spiræ impressa, non dubiam Picardo victoriam assignans: cuius Apologiam postea edidit Lashius Lutheranus. Sic nempe homines ceteroqui animis & opinionibus valde disiecti, quamprimum ab alijs aliquem suorum hostiũ impugnari animaduertunt, Consilia & vires coniungunt. Sacerdotes quoque maritos Rex Ferdinandus regno excedere iussit: quorum magna pars ut & aliorum, vxores & familiam secum ducentes in Saxoniam & vicinas regiones profugerunt. Eos & Melanchthon scripto consolatus est, & Lutherani passim tamquam fratres receperunt. Quamuis autem optimares & ciuitates Bohemiæ Ferdinandum assiduis precibus sollicitarent, ut Edictum illud de religione mitigare vellet Anno 1554. nihil tamen aliud responsi rulerunt, quam velie se ut Edictis suis obtemperetur,

Sicut

c. Glos. in Edict. Imp.

Sicut vero recentium vulnere cura facilis, ac eorum quæ iam coisse & cicatricem quodammodo obduxisse videntur, difficillima est: eo quod plerumque talibus malignum aliquod vlcus adnascatur; sic Ferdinandus quantumuis omnia egerit, prauas tamen illas opiniones à maioribus acceptas, ex Hussitarum & Calixtinorum animis eripere non potuit. Qui vt restatum facerent, se ab Vniuersali Ecclesia defecisse, in ædium vestibulis, vel fenestris, iuxta insignia, itemque in templorum porticibus, Calicem pictum aut sculptum, vt supra diximus, ostentant: quasi ipsi veri essent Christiani, etiam sanguine Christi participantes, quo Catholicos priuatos esse aiunt. In Biblijs ipsorum verba hæc, *Bibite ex hoc omnes*, aureis litteris plerumque scripta cernuntur. Qui post Ferdinandum Bohemæ & vicinis regionibus imperarunt, in primis Rudolphus II. Edicto prohibuerunt, ne in tota vniuersa Silesia, vlla alia religio quam vel Catholica vel Lutherana admitteretur: sic vt Sacramentarij non minus quam Arriani aut alij hæretici, inde exclusi sint. Lutheranorum quidem magnus est ibi numerus cum Catholicis nihilominus pacifice viuunt. Vratislauenensis certe Episcopus vnus fere Catholicam ibi magno animo religionem tuetur, non solum pro grege suo diligenter excubans, sed etiam lupos vltro aggrediens & fugans: cui Abbates cum primis vtilem & fidelem operam præstant, Glogouienensis, Grisenensis, & Auriensis, Vidimus Bohemæ statum, iam porro miserabilem Hungariam & adiacentes regiones perlustramus.

QVOMODO POST LVDOVICI mortem regno Hungariæ in factiones scisso, religionis status quoque conuulsus, & florentissimum regnum ad interitum pæne redactum sit.

## CAPVT VI.

## ARGVMENTVM.

- I. Hussitarum in Hungariam irrumpendi conatus.
- II. Infelix Hungarorum dissidium & bellum intestinum.
- III. De primu in Hungaria Lutheranis.

- IV. Eorum conatus, & Catholicorum oscitantia.
- V. Persequutio contra Catholicos
- VI. Calvinista in Hungariam irrupti.
- VII. Diuersæ res in Hungaria gestæ.
- VIII. Quinam ex Hungaria proceribus Catholici manserint.
- IX. Hæreticorum studium ad seducendum.
- X. Miraculum Eucharisticum Anno 1591.
- XI. Dalmatia, Croatia, Bosnia Catholica seruata est.

**S**EPTINGENTI & amplius effluxerunt anni, Sex quo post susceptam semel Christi religionem, Hungaria ab omni Hæreseos assultu immunis persistit. At triginta septem ante Lutherum exortum annis Anno 1480 Hussitici quidam Prædicantes, regnante Matthia Huniade, eò immigrarunt; sed vado tantum tentato, quum transitum nimis difficilem reperissent, quiescendum sibi statuerunt. Ex ijs quidam nimis longe progressi, torrentis vi abrepti, in ipso conatu perierunt. Imperata enim audacitiam, quum petissent à rege vt liberum suæ religionis exercitium permittere ipse vellet, Rex non minus prudentiæ quam fortitudinis laude insignis, interrogauit eos, quænam illa esset religio quam adferrent, & cuius professionem atque exercitium concedi sibi peterent. Dicentibus illam esse, quæ Deus sanctissimis hominibus Ioanni Husio & Hieronymo Pragenfi reuelarit, Ergo, inquit Rex, *nona est illa religio, quam vos in regno meo disseminare cupitis, & contraria illi quæ in hoc regno semper viguit, ab eo tempore quo Christiana fides Stephano regi primum annunciata fuit: vt etiam illa quam Catholica Ecclesia per totum terrarum orbem amplectitur? At qui ferre ego nec possum nec debeo, vt populum seducatis. Nec mora. iubet nonos istos Euangelistas à Buda vrbe statim, sine longiori disquisitione educi, & vnos vnà cum libris suis, in terram desodi. Supplicij huius acerbitas fecit, vt id genus hominum facile posthac ab eiusmodi conatibus abstinuerit, vt pote nullo Dei spiritu sed humano instructum, cum quo non facile tormenta vincuntur. Sane quoad vixit hic Rex, Catholice religioni in primis deditus, non vulgari felicitate floruit Hungariæ regnum: quæ illo ipso tempore quo Lutherus infelici schismati portam aperuit, & Munceri furor Germaniam peruasit An. 1523. quasi momento eversa fuit, Ludouico rege in prælio contra Solimanum cum magna Nobilitatis parte occiso. A. 1526. 14. Kal. Sept. Mei quidem instituti non est,*

V r

regni



regni huius, quod opibus & potentia paucis olim  
cessit, at funestis Ferdinandi & Ioannis Transylua-  
niæ V Vaiuodæ, eiusque filij Stephani contentio-  
nibus ad extremas miseras redactum est, statum  
pluribus explicare; sed propositum mihi operis li-  
neamenta sequutus, ea tantum modo exponam ex  
quibus intelligi possit, quomodo Hæresis in reg-  
num hoc subingressa, recepta & aucta sit, & quan-  
tas turbas, eisque annexam longam etiamnum du-  
rantium malorum lliadem inuexerit, sub quibus  
illa mirum est in quantum excreuerit robur. Ne-  
que enim Hæresis ea loca amat, ubi pax est &  
quies; sed vt anguilla luto, & scarabæo fimo, sic ip-  
sa bellis & seditionibus se inuoluit & tegit. Num-  
quam illa iter ingreditur, nisi præmissis discordia  
& rebellionem tamquam hospitij designatoribus.  
Sed age, totam hanc telam continuo & historico  
filo pertexamus.

II. Ludouico Hungariæ rege miserabiliter ex-  
stincto ad Mohacium, Ioannes Sepusius Transyl-  
uaniæ Princeps ab optimatibus quibusdam & suæ  
factionis hominibus Rex fuit electus: sed Ferdi-  
nandus regnum hæreditario iure (vt ipse ex Anna  
Sorore Ludouici ultimi Hungariæ & schauica gente  
Regis natus) sibi deberi contendebat. Et ille qui-  
dem quum suis viribus defendere se non posset, in  
Turcarum Imperatoris fidem & tutelam, cum ma-  
ximo Christianæ Reipublicæ damno, & extrema  
regni pernicie, sese dedit; hic vero Hussitarum &  
Lutheranorum opera ad bellum hoc vsus, nihil ali-  
ud quam victoriam & regni acquisitionem spe-  
ctans, nouæ religioni aditum aperuit. Nulla tam-  
en insignis mutatio accidit, vsque ad annum cir-  
citer M. D. XL. quo Lazarus Suedius cum Ger-  
manis militibus a Ferdinando conductus, Agrin-  
am, Solnoecum, Toecæum, & complura alia oppi-  
da, adeoque omnem fere regionem Tibisco flu-  
uio adiacentem Transyluano eripuit; & expulsis  
passim Catholicis Pastoribus, Lutheranos substi-  
tuit. Sic ergo coacti Catholici, sub Turcis per-  
fugium sibi quaesuerunt, à quibus & recepti sunt,  
permissa religionis & fidei libertate: quam etiam-  
num Catholici præ ceteris qui sub Turcarum vi-  
vunt imperio, retinent: non quod Turcæ nõ con-  
sueant, nouas illas religiones maiorem cum Ma-  
hometismo suo habere similitudinem (quam vnus  
sequentium capitum summatim ostendam (sed  
quod omnis non ita is hostes, eam potissimum re-  
ligionem tolerandam sibi statuunt, quæ iam olim  
in Imperatoris sui ditione fuit admissa. Eam vero

potissimum ob causam Turcæ hæreticos oderunt  
quod quum omnes religiones in toto Mundo, et-  
iam Mahumetana, corporis castigationes, vitæ au-  
steritatem & ciborum abstinentiam pro articulis  
fere religionis & sanctæ animæ testimonijs habe-  
ant, illi tamen ieiunio, precibus & pœnitentiæ pa-  
rum admodum tribuant. Atque hanc ob causam  
Turcæ novos istos Christianos, *Chianpech*, id est,  
Canes appellare solent.

III. Primus qui Hungariam Lutherana infecit  
hæresi, Michael Statius fuit, Melanchthonis disci-  
pulus. Hic cum suæ facinoræ hominibus latibus pri-  
mum sibi quaesuerunt in ijs montibus qui Polo-  
niam, Morauiam & Russiam ab Hungaria separât,  
vt & in oppido Cassouia & alijs eorum locorum;  
ijsdem vsi artibus quibus alij, qui in reliquis Chri-  
stiani orbis prouincijs hæreses disseminarunt.  
Postquam enim dulcibus suis & magnam pietatis  
speciem habentibus verbis, vt quibus nihil in ore  
frequentius quam Christi Domini & Diuini Ver-  
bi nomen, plerisque illexerunt, id vnice elabo-  
rando, vt vnâ cum nouis suis dogmatis non minus  
acerbum Papæ odium eorum animis imprimeret,  
quod contra Turcam illi antea habebant. Ex quo  
factum est, vt plures, relicta antiqua religione, noua  
Lutheri & Melanchthonis commenta sequuti  
scholis suis Magistros à Germania venientes præ-  
fecerint, aut liberos suos VVitebergam & Norim-  
bergam miserint. Mox vero & in publicis concio-  
nibus, & in scholis & circulis etiam noua doctrina  
spargi cepit. Ferdinando nequequam etiam prin-  
cipijs morbi remedium afferre cupiente: qui inua-  
lescens postea, & totum corpus peruadeos, tam-  
quam gangræna etiam ad viscera tandem & cor  
ipsum penetrauit.

IV. Meo iudicio non errant qui corruptionem  
hanc Episcoporum ignauæ imputandam putant,  
qui scholas diœceson suarum collapsas & tantum  
non euerfas instaurare nihil pensi habuerunt. Nam  
& Iuarinum, & Posonium, & Tirnauia vix um-  
bram aliquam pristinæ celebritatis & frequentię  
retinuerant, contra hæretici in nouis passim scho-  
lis & Academijs constituendis, nullis sumptibus aut  
laboribus parcebant: qua vnare dici vix potest  
quantopere res suas promouerint. Adolecentibus  
quibus ad studia sumtus deerant, ex publico sub-  
ministrabantur, quin & vixitima locupletioribus  
contribuebantur. Sic in Cyclopani istorum scholis  
nigræ & pestiferae scienciæ iuuentutis animis in-  
stillabantur, vt miseri Hungari, quæ ipsi tradeba-

tur, doctrinam, tanto tenacius retinerent. Calvinista certe postquam Varadium suæ potestatis fecissent, eandem rationem sequuti, nihil quod ad alliciendos hominum animos pertineret, prætermiserunt. Ex omnibus tamen nihil hæresin magis promovit quam tot Episcoporum, Archimandritarum, & Ecclesiasticorum tam diuturno contra Turcas bello abumtorum decessus, & eorum qui superstites adhuc erant, inopia, quæ auctoritate viribus destituta hæresis imperum cohibere nullo modo possent. Etsi enim adhuc etiam multi in Hungaria Episcopi esse dicantur, ij tamen nomen tantum & dignitatem tanti muneris sustinent, o-pibus interea Episcopatum ad vsus militares distributis: adeo ut ipsi etiam non raro pro pedo lanceam, & pro pacis baculo bellicam clavam sumere cogantur. Est enim ibi moris, ut quoties Rex ipse ad bellum proficiscitur, Episcopi cum suis eum copijs comitentur. Unde fit ut totus pene ordo Ecclesiasticus militum aliquis potius manipulus, castris quam Ecclesiæ propugnandæ magis idoneus videri possit. Magistratum olim apud Romanos raritatem pro sinistro nomine seu augurio quidam interpretati sunt: at nos meliori iure dicere possumus omnium miseriarum & calamitatem quæ Hungariæ regnum penitus affligerunt, caput & fontem ex Prælatorum & Catholicorum Doctorum vel penuria vel secordia, aut etiam imbecillitate erupisse. Nam & pluribus in locis Episcopales Ecclesiæ pleræque multos annos Pastoribus caruerunt. Quin & Metropolitanæ & Archiepiscopalis sedes plus quam viginti quinque annis vacavit: quum post mortem Antonij Verantij de Dalmatia Maximilianus nullo successore designato, opes Archiepiscopatus in belli vsus convertisset. Idem postea de Agriensi Episcopatu factum qui vna cum multis alijs, tandem in Turcarum manus peruenit. Quam multæ Abbatiæ & Prioratus vel militibus diversarum religionum stipendio, vel Nobilibus prædæcesserunt, ne tenui quidem, in quorum vsu antiquitus fundati fuerant, Ecclesiasticorum fangendorum munerum relicto vestigio. Non melior Transylvaniæ fuit conditio, vbi Lutherani, Arriani & Calvinista Ecclesiastica bona inuolarunt, & in mille partes disciderunt, sic ut in tota regione vix duo integri Episcopatus restent. Quin etiam Episcopos hæresi opponere sese volentes, Nobilitas, prædæparticeps, deseruit, & debito auxilio frustraivit. Sic Nicolaus Telegdius Quinqueecclesiensis Episcopus, quum acerrime

Lutheranis & Antitrinitarijs aliquamdiu restitisset, ab ijs à quibus adiuvari debebat desertus, hostibus tandem ludibrio & prædæ fuit. Post multas tandem miseri populi querelas & lachrymas, & sæpe iteratas generalis Ecclesiæ Vicarij admonitiones, ut perditis præne ouibus fideles Pastores darentur efflagitantis, Imperator Rudolphus Anno MDXCIIIX quosdam ad Episcopatus illos designavit, sed ea conditione, ut certas annuas pensiones in vsu belli subministrarent. Sic Archiepiscopatus Strigoniensis Ioâni Ruttasio datus fuit, ea lege ut septingentos milites in castris, itæque trecentos in præsidijs aleret. In alijs idem factum.

V. Porro qui primus Catholicis in Hungaria apertum bellum intulit, militum dux fuit, Hungarus natione. Hic quum Agriam fortiter defendisset, & Achmatem Bassam cum ignominia obsidionem solvere coegisset, quasi Deo gratias pro tanto beneficio acturus, Lutheranorum qui tum primum gliscbant, impulsu, monachos Franciscanos sua ipsius auctoritate ex vrbe eiecit; illos ipsos, qui durante obsidione dies noctesque profalitate populi assiduis votis Deum fuerant deprecati. Triste sane, adeoque ipsis Turcis horrendum fuit spectaculum, videre miserum monachum cruci, in qua Saluatoris erat imago, alligatum, nec lancea aliqua confossum aut clavis transfixum, sed læta tæbe, subtrac-to cibo, miserime deficientem ac morientem; eò tantum quod martyrium pati quam exilium mallet. At dignam tanto scelere postea tam barbari atque immanis supplicij auctor mercedem accepit, variante fortuna à Turcis captus, & Constantinopolim perductus, paloque infixus. Boni vero isti religiosi à nouis Euangelicis quum hic tum alibi male habiti & expulsi, apud ipsos infideles plus fauoris & gratiæ quam apud hosce Christianos repererunt. Eos enim quos Agria eiectos diximus, Achmates Bassa Budam admisit. Solimanus vero inter optimos Principes numerandus, si Euangelij de Iesu Christo luce collustratus fuisset, is idem, ut & alijs ob eandem causam pulsus, tria loca assignauit, in quibus Christianam religionem libere exercerent. Nihil eidem gratius fuisse dicunt, quam quod Lutheranos in hostium suorum imperio tanto numero succrescentes videret; à quibus aditum sibi ad res prospere gerendas, & quod reliquum erat Christiani orbis occupandum, apertum tri non ignorabat: quostamen in suo imperio ferre non poterat, tamquam omnis rebellionis & seditionis fomites atque au-

Aores: præter quam quod omnis in religione novitas Turcis semper suspecta & invisa est, ut qui experti sint quantopere Cafelbatio & Jesebatio- rum factiones Otthomanico imperio incommodarint Bassam vero illum seu prætorem Budensem cum Lutheranis sæpe ita egisse ferunt: *Si Catholica religio, ut vos dicitis, idololatria est, & impietatis mater, cur non Muslimanicam potius, Deorum quorundam & vestris exemplo, relicta Christiana amplectimini, quam novam vobis vestro lubitu fabricatis?* Quum deinde ab eodem Bassa religionis suis ritibus exercendæ libertatem & templa aliquot perijissent, idem eos rogavit, *an forma ista religionis Mattheæ aut Ludovici Hungaria Regum temporibus usitata fuerit?* Negantibus, *Noster, inquit, Imperator & Dominus in suo imperio nihil novi vult introduci.* Vobis ego suaferm ut ad antiquos ritus redeatis. Tanta etiam eiusdem fuit erga Christianam religionem observantia, ut sua sectæ hominem qui S. Eucharistiam in quinque ecclesiensi ecclesia ad pedes proiecerat, fluctuario non leviter mulctarit.

VI. Postquam ergo eodem tempore quo Turcæ tam religionis quam reipublicæ in Hungaria statui convellendo intenti erant, Lutheranorum & Antitrinitariorum hæresis ibidem gliscere cœpisset, tandem etiam, nimirum Anno Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo Calvinistæ sese ingresserunt, & quidem maiori furore quam Lutheranis; ut qui templa, altaria & S. imagines, abistis, immo à Turcis quoque integras reliquas confregerunt & demoliti sunt. Idem Anno Millesimo quingentesimo octuagesimo insigni prodicione Uradini Catholicos oppresserunt. Quum enim festo Paschalis Catholici, ex veteri consuetudine cum Crucis vexillis & labaris, hymnos decantantes, extra oppidum processissent, Calvinistæ quidam cum trecentis equitibus in eos nihil tale opinantes ex insidijs eruperunt, & inermem hanc multitudinem, ereptis vexillis & labaris, nullo negotio dissiparunt: qui ad oppidum refugientes, quum portas oclusas invenissent, patria extorres, alibi sedes & domicilia sibi querere coacti sunt. Tantum scelus quum magistratus punire neglexisset, Deus postea, ut infra videbimus, ultus est. Et hoc quidem modo Calvinistæ in Pannonia inferiori & Batorosiana præcipua ditione, ut Lutheranis antea in superiori, invaluerunt, quos inter utrosque & Catholicos multæ exortæ sunt dimicationes, illorum temeritati & furori ipso Imperatore frustra frænum injicere conante. Antea quidem

Sinane Bassa Iavarinum tenente, Sacramentarijs ibi sive permissum erat religionis exercitium; sed recuperato oppido, Catholici ferre eos noluerunt: ut & Possonij & Tirnaviæ, unde Rutassius Archiepiscopus cuiuscumque generis hæreticos expulit. Strigonij etiam, postquam ea Anno Millesimo quingentesimo nonagesimo quarto à Christianis recepta fuit, sola Catholica religio instaurata & conservata est, ceteris omnibus sectis proscriptis. At Tieffenbachius quum Filleccum & Novigradum Turcis eripuisse, eiecit quos Turcæ toleraverant, Catholicis, novi Evangelij præcones introduxit.

VII. Hoc eodem anno Matthias Archidux Strigonium infeliciter obsedit, exercitu ex omni hæreticorum genere conflato, qui sine Deo & religione viventes, iustam Dei iram merito in se & alios provocarunt, cuius permisso Sinan Bassa profligatis Mattheæ copijs, multas arcas & oppida Christianis rursus extorsit. At Christiani cū auxiliarijs Pontificis copijs Anno Millesimo quingentesimo nonagesimo nono reversi, Strigonium tandem feliciter expugnarunt, postquam quinquaginta quinque annos sub Turcarum fuisset imperio. Illud vero mirum est, quod in expugnata urbe templa, altaria, cerei, libri, & reliquis apparatus Ecclesiasticus, integra adhuc magna ex parte reperta sunt, ut Agrix, quæ Palfius Nobilis Hungarus Catholicus, & Bernstænus Baro Bohemus, petardo (quod genus machinæ à seditiosis nostris inventum, Turcis incognitum est) interceperunt. Eadem ratione Javarinum, occiso eius loci Bassa, cum magno Turcarum damno expugnatum fuit. Eodem etiam anno Maximilianus Archidux Pappam à Sinane Bassa prius occupatam recuperavit, ubi Catholici Lutheranis & Sacramentarijs permisti, eandem quam Uradinenses ab eis fortunam expectabant. Sed perfidiæ suæ contra Catholicos postea Anno Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo gravissimas pœnas Calvinistæ luerunt, oppido, unde iam dudum vera ejecta fuerat religio, à Turcis & Tartaris capto, & Calvinistis vel miserabiliter interfectis, vel in morte tristiorum servitorem abductis, & magna oppidi parte flammis absorpta, Catholicis interea è longinquo incendium spectantibus, tanto minori commiseratione, quod illos ipsos quorum flagitia inulta homines sive ant, iam viderent ipsius quasi Dei manu positos. Ex quibus omnibus tam opinor, intelligi potest, quomodo infelix religio

nis diffidium extremam istis regionibus, iam ante ad omnem Turcarum iniuriam expositis, attulerit ruinam.

VIII. Quamvis autem hæreticorum sive sectariorum in Hungaria numerus (magna quippe Antitrinitariorum colluvies è Transylvania in hoc usque regnum profluxit, ut sequenti ostendam capite) in univèrsum Catholicorum numerum excedat; non tamen defuit hic antiquæ & potentes familiæ, quæ maiorem religionem inviolatam adhuc conservarunt. Et quidem celeberrimus ille Hungarici dux exercitus qui Javarium occupavit, & Sinanem prælio victum occidit, licet Anno M. D. C. vitam hanc cum meliori illa commutavit, quatuor tamen liberos superstites reliquit, in Catholica religione à teneris annis educatos; qui omnes patris & pietatem & fortitudinem pro virili imitari conantur. Sic olim in Babylonico illa confusione, sacra lingua in domo & familia Heber divinitus conservata fuit. Catholicus quoque fuit Erdodius, verus Dalmatiæ gubernator, qui Anno M. D. XCIII. insignem de Bosniæ præfecto victoriam reportavit; ut & is qui nuper ei successus est; itemque Dominus Istvanus, regni Palatinus; ut unum & alterum tantum primi ordinis recenseam. Sunt quidem inter eosdem Batoritæ & Batriani Calvinistæ; sunt etiam Illeschaseij & Nadasti Lutherani; quorum numerus licet Catholicorum numero maior sit, nihil tamen de publica re sine Episcoporum & Prælatorum assensu constitui potest; sic ut leges à Stephano vere sancto rege primum latæ, paulatim vires resumere incipiant; qui velut præfagiens, Hungariæ regnum ab hæreticis & sectarijs sæpe aliquando laceratum iri, summam in eo & quasi sacrosanctam Ecclesiastico ordini potestatem atque auctoritatem esse voluit, sic ut sine ipsorum assensu, nihil de rebus publicis, ut diximus, statui aut ordinari possit: quo suo iure si Episcopi & alij utantur, spes est hæreticorum insolentiam compesci ac retundi posse.

IX. Ad disseminandas vero suas hæreses, Lutherani, Calvinistæ & Arriani suo singuli modulo sacra Biblia in vulgarem linguam certatim traduxerunt, locis passim corruptis ac depravatis, dum quisque ad suum ea sensum accommodare nititur. Id vero pessimum est, quod quum nullæ aliæ vulgatæ linguæ quam hæreticorum (in suis publicandis falsitatibus, quam alij in conservanda veritate magis diligentium) essent versiones, Carho-

lici quoque ipsidem uti coguntur. Cui tamen incommodo nuperis his annis à Patribus Societatis Iesu, suscepto in se novæ ad ornandæ versionis negotio, est prospectum. Et inde quidem tanta malorum illius in miserum hoc regnum redundavit; in quo non ita multis abhinc annis, nimirum anno M. D. LXXXVI. Baptismum publico scripto impugnatum audivimus: quo & eo impietatis nonnulli deventerunt, ut in Dei contumeliâ præpinguè porcum multo baptizare non dubitarent, omnibus quæ in Ecclesia caeremonijs observatis. Impium hoc factum non procul à Cassovia designatum, Keteius in Phalarismis, suis auctor est. Non dico recensere, sed vel meminisse exhorrescens atrocissimas blasphemias, quæ ibidem contra sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum ab impijs hominibus factæ sunt, quibus simile nihil unquam à Lutheranis aut Calvinistis scriptum exstat. Ut vero Christus saluator noster in diversis locis apud Christianos, nempe in Polonia, in Belgio, in Francia, (ut partim diximus, partim in sequentibus dicemus) veram & realem corporis sui præsentiam in hoc Sacramento à diabolicis hominibus tantopere oppugnatam, varijs modis demonstravit; sic eandem Anno M. D. XCI Hungaris insigni miraculo testatam facere voluit, cuius quidem narratio Viennæ primum Germanica lingua publicata, deinde in Latinam linguam conuersa, in omnium fuit manibus. Id nos summatim hic recensebimus; ut pius inde & Catholicus lector Dei creatoris sui, tanta subinde edentis miracula, potentiam, hæretici vero caecitatem suam agnoscant, ac tandem cum Centurione pectus percutientes, aperte dicant & fateantur: Vere hic filius Dei est: vere in hoc Sacramento & realiter corpus & sanguis Domini Iesu Christi est præsens.

X. Mense Septembri anni M. D. XCI. Iudæus quidam Leo nomine ad Christianam religionem conversum se simulans, Pragæ, quæ Bohemiæ est metropolis, cum Franciscanis Monachis notitiam contraxit: quumque facilem ad templa & sacra loca haberet aditum, tres hostias consecratas ex iis quæ ad infirmorum usum asservari solent, surripuit & cum hac præda Posonium (Presburgum vulgo) in Hungariam se recepit, ibique duabus Iudæo ad quem diuertit, venditis, Nickelsburgum perrexit. Ab illo monachi Iudæi mox conveniunt, quid hostiis illis faciendum esset deliberantes. Tandem unus eorum cultum arripit, cumque in panem

caelestē, qui mensae impositus iacebat, defigit, in-  
 quiens: *Situ Deus Christianorum es, sub his panis spe-*  
*ctibus velatus, age Destatē tuam miraculo aliquo o-*  
*stende.* Vix ictum ille infixerat, quum ecce sanguis  
 copiose in altum ebullit, miseris illis metu & stu-  
 pore obrigescētibz. Eodem fere momento do-  
 mus illa ubi erat, fulmine tangitur, & vna cum ple-  
 risque omnibus (frequentes enim conuenerant)  
 caelesti igne absumitur. Tres tantum semiustulati  
 euaserunt, diuino consilio, vt & lux malitiæ, & di-  
 uini quod viderant miraculi essent testes: quibus  
 captis, remq; omnem fassis, cutis viuis detracta, &  
 corpus stipiti, supplicio illis in locis consueto, fuit  
 infixum. Tanto vero illustrius id fuit miraculum,  
 quod & mensa, & duæ hostiæ, quarum vna cultri  
 ictum præferebat, post incendium integra reperta  
 sunt, & infinita inspectante hominum multitudine  
 collecta & asservata. Ecce tibi mirabilia Dei ope-  
 ra, quæ cæci illi & in peccatis obstinati Sacramen-  
 tarij videre & agnoscere nequeunt, quibus similia  
 non pantea Francia nostra vidit. Narravit multis  
 nobilis quidam Hugo nota (cui hac in re fidem  
 deberi nemo, credo, negabit) quum pater ipse cū  
 militibus quibusdam in templum irrupisset, unum  
 ex illis ad sacerdotē sacrum facientem accurrisse,  
 & hostiæ ictum gladio infixisse, è qua statim san-  
 guis emanarit, spectantibus mirū in modum atro-  
 nitis, & postea non sine stupore alijs idem narra-  
 tibz.

In toto vero Hungariæ regno, cuius magna  
 pars Turcarum subest imperio, ita tamen ut Chri-  
 stianis Catholicam proficendi religionem liber-  
 tas permittitur sit, Societas Jesu unum saltem habet  
 Collegium, à Cardinali Dracouitio Episcopo Ja-  
 variensi olim fundatum, quod, licet frementibus  
 & omni ex parte insultantibus hæreticis, Catho-  
 licæ religioni magno ijs in locis & præsidio & or-  
 namento iam ab annis aliquot fuit. Illud vero  
 quod eadem Societas Viennæ in Austria habet,  
 longe uberrimos affert fructus, ut ad quod plera-  
 que Hungariæ Nobilitas filios pietate & litteris  
 imbuendos mittit, unde fit ut complures quotidie  
 deserta hæresi, ad Catholicam redeant Ecclē-  
 siam.

IX. Ad Dalmatiam, Croatiam & Bosniæ reg-  
 num quod attinet, quæ à Ladislai usque tempori-  
 bus Hungariæ coronæ fuerunt annexa, totus fe-  
 re ille terrarum tractus, contra Lutheranorum,  
 Picardorum & Arrianorum tam clandestinos quā  
 apertos conatus, Georgij Dracouitij, qui Im-

peratori Ferdinando à Confessionibus primo fuit  
 deinde Cardinalis factus, his regionibus tam-  
 quam Imperatoris Legatus præfuit, potissimum  
 opera cum æterna ipsius laude in Catholicæ Ecclē-  
 siæ unitate permanfit. Et rebus humanis de-  
 functo, Thomas Erdodius Eques illustrissimus  
 & Catholicæ religionis singulari zelo flagrans,  
 successit: is qui Bosniæ præfectum Anno M.D.  
 X C III. memorabili prælio fudit. Post hunc Jo-  
 annes Dracouitius reipublicam in his regionibus  
 Legati nomine administravit, Catholicamque re-  
 ligionem non minori zelo quam prædecessores &  
 defendit & promovit. Ex Nobilitate quidem pau-  
 ci hæreticorum partibus adiuncti sunt, ij fere tan-  
 tum qui in Seritiorum, Nadastiorum, Battiano-  
 rum & aliorum Hungariæ procerum partim Lu-  
 theranorum partim Calvinistarum sunt familia,  
 vel aulas eorum frequentarunt. Promiscua vero  
 plebs Dalmatiæ, etiam translato in Hungariam  
 domicilio, avitam religionem vel in media hære-  
 ticorum colluvie, constanter tenetur. Et licet  
 Bosniæ regnū Turcico hodie subest imperio, Ca-  
 tholica nihilominus religio, singulari Dei benefi-  
 cio integra adhuc ibi conservata est. Transylva-  
 niam nunc lustremus, non tam confusijs quam ca-  
 lamitibus & miserijs Hungariæ proxime coniun-  
 ctam.

DE MUTATIONE RELIGIONIS  
 & reipublicæ in Transylvania, ac miserabili  
 ejus statu.

CAPUT VII.

ARGUMENTUM.

- I. *Ferdinandus Austriacus & Joannes Sepusus de Transylvania inter se contendunt.*
- II. *De Georgio Monacho post Cardinali eiusq; vita & morte, succincta Narratio.*
- III. *Eius mors, Lutheranis in Transylvaniam aditum aperit per Petrouitium Medicum, à Blandrato se-ductum.*
- IV. *Germani in Transylvania Lutheranam doctrinam spargunt. Petrouitius Turcarū potestati plantat.*
- V. *Solimannus Lutheranam hæresin è Transylvania eliminari iubet eo quod Nova esset, & Blandratum à nepote suo occidit.*
- VI. *Mortuo Ferdinando I. Maximilianus Imperator infelicia auxilia petit pro Hung. & Transylvania recuperanda.*

VII. Qui-

- VII. *Quinam Principes Maximilianus infelicia auxilia subministravit.*  
 VIII. *De Petrovicij Arriani, qui Transylvania Principis moderater fuit, crudelitate.*  
 IX. *Caluinismo inualefcente in Transylvania Littera Ioannis Sepusij principis ad Lutheranos in Germania.*  
 X. *Mors Ioannis Sepusij nouas turbas excitat: Stephanus Batorius à Lutheranis eligitur contra Maximilianum II. Imp.*  
 XI. *Steph. Batorius Iesuitas in Transylvania collocauit, & fit Rex Poloniae, succedit ei frater, qui per Iesuitas Transylvania statum emendas.*  
 XII. *Iesuita à consurata haresi proscripti. postea ipse Sigismundus fugatus ab eisdem.*  
 XIII. *Restitutus Sigismundus Turcae proelio vicis conuersatus punitus, & Iesuitas reducit.*  
 XIV. *Maleficiatus à Calabro Sigismundus fit infelix.*  
 XV. *Infelix Transylvania status.*

**I.** TRANSILVANIA ampla admodum provincia Dacia olim dicta, Christianam religionem sub Stephano Hungariae rege, ante sexcentos circiter annos amplexa, post Mortem Ludouici regis Ferdinando Austriaco & Ioanne Sepusio, qui alias de Zepulia Comes Sepusienfis dictus est, de regno inter se contendentibus, in factiones & sectas miserabiliter admodum distracta fuit. Bello hoc varia fortuna vtrinque aliquamdiu gesto. Anno 1540 tandem in has condiciones conuenit, utque Ioannes armis acquisierat loca retineret, quo ad viueret, ipso vero mortuo, ad Ferdinandum e redirent. Ioannes defunctus filium infantem reliquit, vade decim tantum dies natum, Stephanum nomine, quem Turcae deinde Ioannem appellauerunt: vnde nouae regionibus istis, Christianis non cum Turcis tantum, sed inter se quoque commissis, multoque asperius exercitae contentiones tetraduerunt. Inter alios infantia parte tutor datus fuit *Georgius* quidam *Martinus*, monachus, homo non minus magni animi quam celebris in Hungaricarum rerum historia memoriae: qui quoad vixit, & pupillitute iam administruit, haereticorum elusis conatibus, Catholicam religionem, quantum potuit, saluam praestitit, quam *Petrus Petrovicius*, moderandae pupilli pueritiae post ipsum admodus, plane pessumdaram atque extinctam voluit, è Catholico primum Lutheranus, ac deinde ex Lu-

therano Arrianus factus. Sed quia in Monachi illius historia (quam Martinus Fumeus Gallica lingua descriptam exhibuit) multa notata digna sunt; vitam eius & res gestas paucis describere operae pretium, videtur, ex quibus imprimis in credibilis tam animi magnitudo quam prudentia, quae in hoc homine supra conditionem & fortunam fuerunt, elucebunt: tanto magis, quod functa ipsius mors tam reipublicam quam religionem in Transylvania eodem exitu inuoluit.

II. Fuit igitur Georgius natione Dalmata, nobili familia, sed in re tenui educatus, vilissima puer apud Ioannis V. Vauodae matrem ministeria exercuit, calefaciendis hypocaustis & apportandis lignis destinatus. Huius vitae periculis instigante bono Angelo, relicta Ioannis aula, vitam monasticam in Benedicti canobio extra Budam professus est, cellarumque & erogandis eleemosynis praefectus. Hic primum litteras didicit, & quamuis iam aduictior, etiam Latine aliquid effansio sacerdotum seu presbyterorum ordinem tandem cooptatus: Ferdinando in regem assumpto, exultantem apud Sigismundum Poloniae regem, V. Vauodam sequutus, retento nihilominus habitu, multis & grauissimis in negotijs fidelem ei operam nauauit, variaque ac periculosas legationes, vestitu dissimulante personam & securitatem praestante intrepide obiuit, quibus officijs adeo sibi Ioannis Sepusienfis & multi Ferdinandi Regis animum deuinxit, ut ab eo mox in regnum à Solimanno, cui tributarium se fecerat, restituro, in secretius consilium allectus, & quaestura regni, quae dignitas primaria est, ornatus sit, Varadinensi prius Episcopatu donatus, ac postremo tutor cum *Isabella regina*, filio Stephano testamento relictus.

Non multo post Ferdinandus iuxta pacta, loca quae Ioannes haecenus praesidio tenuerat, tradi sibi petit, promissam compensationem vicissim reddere paratus Regina pacis admodum cupida, non abnuente, Georgius qui naturae quodam instinctu ad magna aspirabat, Ferdinandi petitionem eludit, & Budam interea non maiori tantum praesidio, sed suam etiam praesentiam firmiter: quae Ferdinandi potentiae imparem se facile animaduertente, Solimanni opem pro pupillo implorat. Postea à Ferdinando cum XL. hominum millibus obsessa, & XL. machinis verberata vrbe, Georgius obsidione tantisper sustinuit, quoad Mahumetes Bassa, fuso Ferdinandi exercitu, eam soluit. His

ira gestis, Solimannus Adrianopoli profectus in Hungariam venit, Budam amicitiæ specie ingressus, urbem occupat, & matrē Reginam vna cum filio pupillo & Georgio in Transilvaniam mittit, à Mustapha Bassa iam occupatam vt contra Ferdinandum eam defenderet, & Isabella reginæ in manus consignaret, Georgio pristina officia: questura in primis, confirmata sunt; cuius tanta erat auctoritas vt penes matrem & pupillum titulus tantum & regij nominis vmbra, penes ipsum vero omnis esset potestas, ac totius regionis vires, quibus non existerant tantum, sed ipsi etiam Reginæ formidabilis videbatur. Hisce rebus mota regina, à Solimanno contra Georgium quasi cum Ferdinando in necem filii & ipsius auctoritatem consilia agitante, auxilia petiit: Georgius vero cum Ferdinando clam agere cepit, admodum intricato, quod à Cæsare fratre contra Protestantibus tum bellum gerente, vix vllum auxilium sperare posset. Sane si accurate rem excusserimus, reperiemus bellum illud ob Lutheri deliria hinc extirpanda, illinc defendenda constatum, tam Hungariæ quam Transilvaniam, validissimis contra Turcam hactenus Christianæ reipub. propugnaculis, extremam perniciem attulisse: quas nec Solimannus, nec Selimus, nec Amurathes insadere vniquam ausi fuissent, nisi Germanorum discordijs facilem sibi aditum apertum fore prævidissent. Ceterum, monitus ab Isabella Solimannus, Legatū ad Bassam Budensem misit cum mandatis, vt Georgium vel vivum vel mortuum in suam redigeret potestatem. Id quum homo astutissimus, ad quem etiam intima Solimanni consilia per exploratores quotidie deferebantur, rescisset, Saxabellum in locum natura, arte, & apparatu omni munitissimum se recepit, vt inde cum Solimanno de oppidis & conditione quam in potestate habebat, armis disceptaret, occupationem eius longe quam ille putabat, difficiliorem redditurus. Interim nequaquam ferians collecto iusto exercitu, multa alia oppida capit, & Rascianos reginæ partibus fauentes, prælio commisso fundit. Post hæc à Solimanno veniunt Legati, cum mandatis. Bassam ad Budeasem & Moldauicæ ac VValachicæ præfectos, vt eos omnes qui à Monachi partibus stabant, ferro & igne persequerentur. Quum vero Turcz ob innatum genibus illis contra ipsos odium, non multum proficerent, Regina tandem à Solimanno deserta, & à Georgio Albulicæ obsessa, certis cum eo conditionibus transiit. Interca tripartitus exercitus à

Bassa Budensi, Moldauicæ & VValachicæ regulis in Transilvaniam ducitur: Georgius vero statim cum quinquaginta armatorum millibus Bassa se obijcit, dum interim ipsius Legatus VValachorum copias sternit & profligat. Eandem fortunam veritus Bassa, quantum antea sex dierum itinere spaciij confecerat, tantum vno die relegit, Budam nõ multo post, vt in VValachiam, reuersus. Sic breui tempore Georgius Transilvania hostibus liberata imperium sibi non mediocriter stabilivit, accedente etiam Solimanni consensu qui tali homine amico quam inimico vti malebat. Sub hæc Georgius Varadinum concessit, vbi quum esset, de turbis à Transilvanicæ proceribus, monachalis imperij tam diu pertractis, à Regina contra ipsum, vt Stephano filio potius quam monacho regnum pararent, excitatis cognouit. Ipse vero ad pristinas artes conuersus, cum Ferdinando iterum pacificatur, qui à fratris, de vltis Protestantibus tum victoris opibus adiutus, Ioannem Bapristam Cattaldum cum mediocri exercitu in Transilvaniam misit, addito mandato, vt omnia ex Georgij sententia ageret, & ad omnia ei præsto esset. Ex altera parte Isabella Solimanni opibus freta comitis Agnatetia indicit, quibus plerique procerum interfuerunt. Eo cognito, homo imperterritus, assumpto velut ad custodiam corporis magno comitatu, statim corru consensu, eodire statuit, vt præsentia sua reginæ consilia disturbaret. Dum in itinere esset, curru quo vehebatur, siue casu siue autigæ impetitia, dum per confragosam viam incedit, euersus est. Id quod pro sinistro omine quum omnes qui circa ipsum erant acciperent, infamamque ex eo profectioem fore augurarentur, & vt domum rediret rogarent, ille vt erat ad magnam natu, ideoque summus periculorum contemptor, ad eos residentem vultu versus, *Atqui frustra, inquit ex foruito euersi in terra curru casu mihi timore, quem nunquam euerendi in caelo curru astru benignum protegit.* Igitur non intermisso itinere Agnatetiam venit, & sola sua præsentia reginæ consilia dissipauit, coniunctisq; cum Ferdinando armis & consilijs, reginam pupilli matrem ad duras conditiones adegit. Dū hoc modo non Remp. modo sed & bellum administrat hic Monachus, adeoque inter primos ordines contra Turcas aut alios hostes suos strenue pugnat, à Iulio III. Pontifice in Cardinalium cooptatur collegium, & Strigoniensem Archiepiscopatu simul adipiscitur, cuius prouentus annui ad centena & quinquagena du-

na ducatorum millia esse perhibentur. Quum vero Ferdinandus Monachi huius (sic enim etiam iam Cardinalis vulgo appellabatur) conatus & consilia suspecta haberet quasi cum Turcis colludentis; quum aperta vi vix posset aut auderet, quocumque modo e medio eum collere decrevit. Id negotii Castaldo datum; qui executionem viris quibusdam militaribus demandavit. Erat Georgius Binti in castello quodam ab se ædificato, loci amœnitate paucis cedente. Recepti in arcem absque vlla suspitione percussores, illucescente iam die ostium cubiculi pulsant; e quibus Ferrarius Castaldo ab epistolis, litteras quasi manu Georgij subscribendas præferens, continuo introducit. Eo intro misso, Cubicularium fores occludere volentem alius genu interferro prohibuit. Jam surrexerat Georgius, & Breviatio suo legendum intentus, ad mensam sedebat: quum Ferrarius ad eum familiariter accedit; tum porrectis litteris, dum Georgius calamum sumit ut nomen apponeret, Ferrarius pugione ei iugulum perit; ille vero exurgens, & Mariæ Virginis nomen inclamans, pugno eum percussit, viribus robustior in terram deiecit. Tum statim ad strepitum accurrens Sfortia Palauicinus, stricto ense, gravi vulnere medium quasi caput ei diuidit; hæc verba exclamanti: *Jesus, Maria! quid hoc est, fratres? Cædes hæc & famæ Ferdinandi parum honestam notam inussit* (ob quam & à Sacra Sede excommunicatus fuit) & rebus magnum attulit detrimentum: quod præter reliqua mala, hæresis, cui Georgius hætenus omnem aditum obstruxerat, in ea regione libere statim vagari & triumphare cœpit. Perhibent harum rerum scriptores, hoc exitum cœnobij quendam præfulem Georgio præfagisse. Quæ enim Georgius proximam Ecclesiam ad arcis quæ ædificabat, usum everti, & cœnacula aliaque profanis usibus destinata conclavia superstrui iussisset, eius loci Abbas eum accessisse & his verbis monuisse dicitur: *Vide Domine, quid agas: & respice eum qui in te respicit. Anne dignum est, ut tu qui non Catholicus tantum, sed Cardinalis es, & Monachus, Dei domum occupes, & ex ea tuam facias? Id quidem Deus, mihi crede, haud in ultum sinet: immo poenam iam iam imminuentem video.* Vaticinium hoc minime vatum fuisse, exitus docuit, Georgio illo ipso in loco miserabiliter tum confosso, quum in supremo iam dignitatis culmine stare sibi videretur, & utrumque tam Solimannum quam Ferdinandum & spe & metu duceret, & in sua, quasi potestate haberet.

Thefauri quos infinitos fere congeserat, percussoribus partim præda cesserunt: quos tamen ad unum omnes miserabilem quoque vitam finem habuisse, scriptores plerique testantur. Hunc exitum habuit homo omnium superbissimus (sic Hungarico loquitur historia) & in occulto omnium qui umquam vixerunt, maximus tyrannus.

III. Hoc modo regio hæc natura & situ munitissima, ut ad quam in viro qui eam tenet, vix ullus pateat aditus, belli officina, ut Xenophon de Epheso dixit, & Marrius veluti campus Christianorum & Turcarum facta est. Quamdiu Georgius Monachus vixit, una in ea, nempe Catholica viguit religio: at eo mortuo, non in diversas tantum sectas distracta, sed etiam in maximas calamitates est devoluta. Solimannus enim, annum quod ei promissum fuerat, vicentium millium scutorum tributum accipere potro recusans, Mahumetem Bassam cum exercitu ad eam occupandam misit: Ferdinandus vero defendere eam modis omnibus satagebat, sed præmissa auxilia præstare non poterat, fratris Cæsaris viribus destitutus, contra quem nihil tale metuentem Mauritius Princeps Lutheranus, excitata rebellione, eo ipso tempore arma sumplerat Anno 1547. Interim Isabella quoque Regina Solimannum de filio suo, cuius Georgius tutor fuerat, in regnum restituendo urgere non desisteat, Petri Petrouitij opera potissimum ad eam rem usa, qui occulte quidem initio Lutheranus fuerat, sed Arrianismum postea aperte est amplexus; & quia frequens circa Principem erat, facile hæreseos venenum incauto adolescentis animo instillavit. Utrumque vero Georgius Blandratum perdidit, natione Pedemontanus; qui Ticini ex Inquisitorum manibus elapsus in Helvetiam primum & Germaniam, deinde in Transylvaniam profugit, ad medicam operam à Petrouitio & à Principe assumptus: sed ultra crepidam interim frequenter de rebus Theologicis diserebat, & quidem de gravissimis in tota Christiana religione articulis, in primis de Trinitatis mysterio, quod ille intellectus sui & Physicarum regularum decerpenda metiens, quum extricare se non posset, tam altum mysterium & ipse contemptim habuit, & contemptim de eo loquens, apud alios in contemptum adduxit. Rex interim sive Princeps Catholicum se simulabat, nec vivente matre vel Lutheranum vel Arrianum se profiteri audebat, quamvis aula ipsius tam Lutheranis & Calvinistis quam Arrianis pa-



veret; sed matre defuncta, animi scissa nudavit, ut paulo post dicemus.

IV. Ex altera parte Ferdinandus, cogente necessitate, diversarum sectarum homines e Germania stipendijs conductos, suis auxilio misit; inter ceteros Albæ Juliz custodia *Bartholomæo Cornuato* commendata, cuius auspiciis Lutheranzæ conciones statim in publico haberi cœperunt, quod vivente Georgio Monacho tentare nemo ausus fuerat. Sed & Mauritius Saxonizæ Dux cū duodecim peditum & tribus equitum millibus ad ferendam Ferdinando ex pacto opem in Hungariã profectus, multos Prædicantes Lutheranos secum adduxerat, qui novum Evangelium nimisquam impigre disseminarunt. Quamvis autem Mauritius nulla re memorabili perfecta immo ne viso quidem hoste, in Germaniam redierit, (\*) non multo post in prælio contra Albertum Brandeburgicum interfectus, vberem tamē Pestiferæ doctrinæ iis regionibus segetem reliquit, e qua succrescēt, multo peiores ipsa radice, immo omnium deterrimæ sectæ pullulaverunt, quæ etiam hæcenus extirpati nunquam potuerunt. *Petrovitius* penes quem summa rerum erat, ubi Paulum Bornemissam quoque, qui solus Episcopus in Transylvania hæcenus fuerat, patriæ tradidit, quam Turcis & hæreticis prædæ relicta in cœnebat, ad Ferdinandum quoque ab ipse accepit: eicctis passim Catholicis sacerdotibus, Monachis & Canonicis, eorum facultates fisco addidit, sicut tamen ut bonam partem ipse sibi servaret. Deinde missa ad Turcam legatione auxilia ad Transylvaniam e Ferdinandi manibus totam extorquendam, sollicitavit. A Sultano Moldaviæ præfectus & *Castumbejus* Reginæ *Isabellæ* & *Joannis* filij rebus consulere, & ubicumque ferret necessitas præsto esse iussi sunt. *Andreas* quidem *Batorius* Catholicus Princeps, ut & *Christophorus eius frater*, quem Ferdinandus pro se Transylvaniæ *Waivodam* seu præfectum constituerat, patriæ res in ruinam & exitium properantes, pro viribus suffraginabat; sed morbo & mœre confectus, impedire non potuit quo minus *Isabella* & *Joannes* Albam Juliam Turcarum ope reducti, totius fere regionis imperio potirentur. Secundum hæc *Petrovitius* non cum Moldaviæ & *Vlachizæ* tantum *Vaivodis*, sed & cum *Bassa Budensis*, & *Bosniæ* & *Belgradi Sangiacis* de federe tractavit.

V. Postquam ergo nationibus istis bellicosis quidem, sed novitatis avidis, libertas illa conscientiarum vel licentia potius, a Germanis accepta saluã

movit, à magistratu perierunt, ut non ex tolerantia quadam, sed sub legum quoque favor & præsidio, protestantium religionem exercere sibi fas & ius esset. Quod quidem Edicto *Tordæ* promulgato ipsis concessum fuit, ita tamen ut reliquæ omnes sectæ prohibitz intelligerentur, ut & Sacramentariorum, & ea quæ An. M. D. XXXVI. *Vitebergæ* a theologis decreta sunt, observarentur. Quod ubi *Solimannus*, cuius armis *Isabella* & *Ioannes* in ditionem restituti fuerant accepit, non Lutheranorum modo, sed Antitrinitariorum; & alias sectas ibi gliscere, serio eos monuit, ut novitatibus istis quamprimum obviam irent. An. 1551. Sic enim *Fumeus* in Hungarica sua historia scriptum reliquit *Circa id tempus Turcarum Imperator Isabellam reginam monuit, intellexisse se, quomodo præter eam quam ipsa proficetur religionem, diversa secta in regnum irrepserint. Mandare vero, si bona ipsius gratia vellet, neullo modo eas ferat, ut qui sciat rebellionis inde nasci, inde periculum, ac tandem exitum ipsius imperio imminere sibi, vero multas molestias exitum iri. Subvertitur ut omnes istarum novitatum auctores e medio tollant.* Idem historicus *Solimannum* graves lætæ mandati huius causas habuisse addit. Jam dudum namque ait, hæretici in hoc regno nilulati fuerant & publicis suis concionibus *Zizaniam* suam longe lateque disseminaverant, adeoque multos ab Ecclesia unitate diverterant, immo nisi hoc mandatū eis metum iniecisset, iam totum regnum erant inossuri: qui tamen mox ut *Turcicus Imperator* iusserat, undique proscripti fuerunt & expulsi. Hæc *Fumeus*. In commentarijs veto quos penes me habeo, annotatum reperio, *Reginã Catholicam religionis valde studiosam utpote illustrissimam illam & optimam Jagellonicam Polonorum regum stirpem progenitam, magna curatandem in hanc rem incubuisse, & diversarum sectarum Prædicantes e regno facessere iussisse, publice etiam proposito Edicto, ne cuiusquam alteriusquam Catholicæ religionis exercitium permitteretur. At illi vna parte egressi, altera rursus subingrediebantur, scelestissimi Petrovitij favore, & adolescentis Principis coniventia, cuius aures & animum *Biandræus Arrianus* iam dudum occupaverat; sic ut qui corporis sanitatem tuendam susceperat, eius animæ exitum procuravit. Quis exitus huius hominis fuerit quæris; Quis alius, quæso, nisi eo dignus, qui & Principem & Principis gubernatorem, adeoque tot animas perdidit!* Quum enim Anno M. D. LXXXVIII. Albæ Juliz in cubiculo horrendam neficiã

a Hist. Hung. lib. 6.

quid

quid exclamasset, & nepos quidam eius accurrisset, quid sibi vellet rogans: ille in impetu in eum facto, fauces ei elidere conabatur: iuuenis vero arrepto qui proximus forte adstabat fabulo plenus folliculo, tamdiu se defendit, iustusque torques repetit, donec capulari seni animam è viro & imbecilli corpore elisit. Is nuper ex Italia venerat, ut cognati, si quid ei humanitas accidisset, hæreditarem cerneret: cum vero ille hæredem illum aliter scribere noller, nisi ut eandem quam ipse profiteretur religionem, hic vero conditionem recusaret, res ad eum vsque, quem iam diximus, casum infecta mansit: post quem ille collectis sarcinis, & conuafaris quæ poterat, clam discessit.

VI. Hic rerum in Transyluania status fuit ad Ferdinandi vsque mortem: quo rebus humanis exerto, Maximilianus Imperator & Hungariz ac Bohemiz rex, ius suum armis persequi, non destitit. Ut vero omnibus ingens suum tam erga Catholicam religionem quam Christiani orbis imperium contra Turcas conseruandi desiderium restatum faceret; quamprimum regno & Imperio fuit inauguratus, Germaniz Principes, etiam qui Protestantium sequuntur religionem, vigere, sollicitare & obsecrare non cessauit, ut interitum iam iam minantis Reipublicæ rationem habere, deque ea in melius restituenda, in commuac se, cum consulere vellent, in dicto eum in finem Augustam Vindelicorum Imperij conuentu. At plerique Protestantium per alia negotia sese excusabant, in primis vero per nuptias, quas tum Landgrauij filius cum Ducis Wirtembergici filia celebrabat. Post longas interpositas moras & reuersiones plerique omnes de auxilijs conferendis assenserunt: sed lente omnia procedebant. Interim vero Ioannes non Transyluaniz tantum Principem sed & Hungariz regem se ferebat, non suas quidem, sed protectoris sui immensas vires omnibus ad terrorem ostentans. Ad Hungaros scribens, à potentissimo Turcarum Imperatore & clementissimo suo benefactore per litteras & Zenitium Legatum iniunctum sibi esse aiebat. ut omnes regni status ad obedientiam sibi præstandam adhortaretur: eoque monere, nisi malam gratiam ab illo inire velint, qui ob immensam potentiam facile immorigeros castigare possit, ut dicto sibi audientes sint antequam à maximo illo exercitu, qui iam Constantinopoli egressus in viam se dederit, opprimantur. Non desuerunt qui ad saniora consilia Ioannem hortarentur, ut sci-

licet deserto Turcico federe, cum Christianis Principibus se coniungeret: sed contrarium ei Petrouitius, totus hæreticus, facile persuasit. Solimannus ergo ab ipso sollicitatus, cum centum & quinquaginta hominum millibus expeditionem suscepit, Pertao Bassa paullo ante præmissis. Si Ioannes rex ad Budam obuiam processit, regio habitu & stipatu tyranni manus deosculatus.

VII. Ex altera parte Maximilianus quoque in Italia, Hispania, Sabaudia, Germania, atque etiã in Gallia magnas copias contrahebat: in quo Bello Dux Guisus iunior multis comitatus proceribus, tyrocinium facere vitro voluit. Ecclesiastici interim precibus & supplicationibus cælestis numinis iram placare studebant: rumque institutum fuit, ut ad campanæ sonitum certis diei horis omnes vbicumque essent, sese prosterent, & flexis genibus Deum pro felici belli exitu comprecarentur; sic ut in exercitu Principes & magnates ex equis descendere flexis genibus & complicatis manibus precari, ac terram osculari visum sint. Quum vero Imperator quodam die Viennæ è fenestra prospectans, Lutheranos quosdam vidisset, campana sonante nihil se mouentes, hæc verba effectus esse dicitur: *Bone Deus! Vereor equidem ne hominum istorum societas nobis damnosa sit & infelix.* Hæc quidem complures viri nobiles audierunt, & inter ceteros Timoreon Colfaxus Brisfaci Comes, cuius nomen in Gallijs hodieque celebratur. Sed quia instituti mei non est omnia, nisi ea quæ ad religionem spectant, persequi; cetera quæ consequuta sunt, facile silentio præteribo, quomodo Mahumetes Bassa singulari artificio morte Imperatoris in tot hominum millibus celata, & exercitum & thesaurum omnem Selimo filio Solimanni integrum conseruauit, & mortui hominis auspicijs, post sextum assultum, inexpugnabilem illam arcem centum maioribus machinis munitam, expugnauit; idque in conspectu Maximiliani Imperatoris, qui quum suis opem ferre non posset, Viennam tandem retrocedere est coactus. Selimus quidem ex Mahumetis consilio Constantinopolim profectus, Pertaum Bassam Ioanni tamquam rerum omnium inspectorem adiunxit; qui hinc Turca, illinc Arriano consilia ipsius moderante, tandem abiecta omni diuini honoris cura; vniuersam Transyluaniam hæreticis prostituit, Selimo, præceptorum patris, vel nescio vel obliuio.

VIII. Petrovitiū vero Michael Balsanius Lippenſis in quadam epistola ſcribit, Catholicorum hoſtem fuiſſe acerrimum, adeo ut ad Turcas plerique & in oppida ab ipſis occupata conſugere ſint coacti, niſi peſſimo locho à peſſimis illis Chriſtianis exſtingui mallent. Inde factum, ut Eccleſiaſtici, metu Petrovitiā tyrannidis, deſertis gregibus alio abierint, alij vero officijs & dignitatibus exuti, in ſolitudinibus quod reliquum ipſis fuit vita, miſere exegerint. Quod ſi quis contradicere aut reſiſtere audeat, eius fronti ſigma inurebatur, Crux vimirum, illud pulcherrimum & gloriſſimum Jeſu Chriſti inſigne, Tau illud ſalutis ſignū, honorabile virtutis & conſtantia, ad Crucifixi honorem, teſtimonium. Idem novacula non coronam tantum, ſed cutem etiam & carnem ſacerdotibus abraſa teſtatur. Qua crudelitate militi perterriti, uxoribus ductis religionē mutare, quam in tam horribili perſequentione vota ſeruare maluerunt.

Sed præ ceteris inſigne eſt quod ille Claudio-poli in res ſacras exercuit ſacrilegium, ubi in ſſu ipſius altaria diruta, ſtatua conſtracta, omniaque Eccleſiaſtica ornamenta profanata ſunt. Quia vero iuxta antiquas regni leges, ſine Eccleſiaſticorum & Canonico- rum conſenſu de ijs qua ad rem publicam pertinent nihil decerni aut fieri poteſt, quatuor ex Nobilitate ab illis electi ſunt, Capitulares appellati, qui cum eadem qua veri Canonici auctoritate ac poteſtate publicis conſilijs intereſſent. Pauci ſane ex omni Nobilitate in Catholicæ religionis conſtantes permanſerunt. Inter hos præcipui fuerunt Stephanus & Albertus Toraj, cum omni ſua familia, Chriſtophorus Kerezenius, Michael Telgedius, Dionyſius Makaius, Martinus Literatus, & ij ſere omnes qui in montanis Transylvania habitant. Viſi ſunt Lutherani Predicantes cum turbarum clangore & tympanorum ſtrepitu Catholicorum templa ingredientes, profanas & blaſphemiarum plenas cantuunculas decantantes, quaſi Martio aſſultu Dei ades, ſub impij illius Gubernatoris favore occupaturi. O quam bene dixit Aſchines, quanto maior malis conceſſa fit poteſtas, tanto maiora inde mala naſci! Eodem tempore Claudio-polierat Franciſcus David (de quo libro tertio aliquid dictum eſt) ſub Auguſtana, cuius profeſſionem ſimulabat, Confeſſionis prætextu ſectæ ſuæ aſſeclas & vires quærens. Hic Sacramentarium quendam Predicantem, Martinum Calmenecium nomine à Petrovitiō introductum, hominem argutum & omnium ſtropharum bene peritum, ad diſputandum provocat. Accipit conditionem Martinus; condicatur locus & tempus, ac diſputatio præſentibus plerique Transilvania proceribus, per aliquot dies

continuetur; tandem partiſque rationes collectæ ad Philippum Melanchthonam mittuntur, interpoſito compromiſſo, ut quicquid ille pronunciarit, ratum pars utraq; haberet, ac diuerſas omnes opiniones repudicaret. O rem miſeram & calamitoſam! Eone rem deueniſſe, ut contempta totius Chriſtianitatis & vniuerſalium Conciliorum auctoritate, in vnius hominis de ſchola & quidem meri Grammarici iudicio quis acquieſcat! Verum antequam à Melanchthone reſponſum veniſſet, Franciſcus David, relicta Auguſtana Confeſſione, Helueticam ſequutus eſt, quam tamen ipſam quoque mox repudiavit, à Blandrato, quicum priuarim colloquutus fuerat, ad Arrianiſmum pertraſtus, ut & multi alij Principis Conſiliarij, Gaſpar Becus, Gaſpar Corniſius, Chriſtophorus Fagimaſius, & Ioannes Gerendius: quorum hic poſtea Sabbathariorum anteſignanus, & diſcipuli ipſius Gerendiſtæ ſunt appellati.

IX. Non multo poſt Gallus quidam nomine & natione, Caluiniſmum in Transylvania apportauit, adiutus à Matthia Deneio & alijs quibusdam excucullatis apoſtatis, nimirum Petro Melis, Petro Carolino, Georgio Geontio, Petro Berkezazi, Ambroſio Dareccketo, & alijs. Nouos hos Caluiniſtas Amſteritany ſæpe aggreſſi ſunt, & in primis Franciſcus David, quem ita in Bibliorum lectione verſatum fuiſſe aiunt, ut pleraque dicta memoriter ad vnguem tenuerit. Diſpurans aliquando cum Caluiniſtis, Scripturæ ab ipſo ad ſuæ opinionis deſenſiuem allata loca ex ſſ. Patrum ſenſu & auctoritate interpretanda eſſe dicentibus, Profecto ſuaues, inquit, homines eſſis, qui vultis ut apud me Patrum valeat auctoritas, quam ſi Papiſta vobis opponant, ſtatim dicitis, homines illos fuiſſe, & errare potuiſſe. Ecquid pudet vos? Quod ſi Patrum vobis tanti eſt auctoritas, cur non Pontificiæ doctrinam, tam iſtorum quam Conciliorum, qua contra expreſſum à me allegatum Dei verbum mihi obicitis, calculo approbatam amplectimini? Ex quo apparet, neque hæreticos iſtos contra hæreticos vilam obtinere poſſe victoriam, niſi armis ex Catholicæ Eccleſiæ armario de promptis: quæ ſunt, Verbum Dei tam ſcriptum quam non ſcriptum, Traditiones ſcilicet & auctoritas Eccleſiæ, quibus omnes Eccleſiæ, hoſtes cum perpetua ſua ignominia hætenus fuere iugulati. Ex ijs quæ dicta ſunt facile vides, lector, quænam facies ac quis ſtatus fuerit aulæ Transylvaniaicæ, in qua Lutherani, Arriani,

Caluinistæ confusi, quinam eorum plures animas perderent, certamen inter se suscepisse videbantur. Rex siue Princeps etiam postquam Catholicæ valedixit Ecclesiæ, occulte cum Arianis sentiret, Protestantium tamen seu Augustanæ Confessionis religionem simulabat. Inualecente vero Sacramentariorum Tigurinam & Geneuensem Confessionem instantium secta, ad Vitebergenses & Lipsienses Theologos litteras Albæ Iuliæ XX. Septemb. Anno M. D. LXI. datas scripsit, in hanc sententiam: *Se postquam animaduertit Sacramentariorum sectam, longe lateque per Christianam orbem iam sese diffundentem, in regno quoque suo glifcere, pro eo quo semper à teneris annis puriorem religionem prosequutus sit affectu, magnum dolorem percepisse, ut & fideles suos Hungaria & Transyluania subditos: qui in tanta Fidei Confessionum incertitudine & varietate, tam diuersis opinionibus agitantur, ut vix quidquam certi habeant quod sequantur. Hanc ob causam subditum rogatus, in ciuitate sua Megyes consentum indixisse, ut in primis quid de Cæna Domini credendum sit, fluctentur. Quod si certi nihil concludi possit, rem omnem ad ipsorum sententiam relaturus. Interim vero mittere utriusque partis opiniones & rationes, ut secundum Verbum Dei iudicium de eis ferant; atque ita misere afflictis in Transyluania conscientijs solatium afferant. Quia in re & officium Deo acceptum, veris Christianis dignum, Ecclesijs utile, & sibi comprimere gratum præstaturi sint.* Theologorum ad hanc Principis Epistolam responsio Historiæ Confessionis Augustanæ inserta legitur. Interea vero dum miser hic Princeps extraneorum theologorum de religione exquirat sententiam, ut aliorum saluti consulat, suam ipse domi perdit, & uti euocato Claudiopoli, Blandrati medici commendatione, Dionysio quodam Alexio, eius persuasione Lutheranismum amplectens à Catholica defecerat Ecclesia. (Quemadmodum videmus, ut apud Principes iijfere qui voluptates & sanitatem ipsorum procurant, præcipua gratia florent, & non modo accessum liberum, sed & aures Principum sibi parentes semper habeant) sic porro eiusdem Blandrati insidijs postquam Principem à Catholico Lutheranismum fecit, familiaritate ipsius fretus, ad Arianismum porro eum traducere statuit, Francisco Dauide eum in suam in aulam accersito. Hic ergo Segesuari præsentem Ioanne Principe seu Rege multa impia contra antiquam de Trinitatis mysterio fidem pro concione effudit, nemine, ob Principis istis subridentis reueren-

tiam, opponere se aut contradicere auso. Ex quo factum est, ut pestilens illud virus breui tempore in multos fuerit diffusum. Synodos ab istis conuocatas, aliaque id genus omisso, ne in hac miserabili & calamitosa prouincia diutius detineat. Quapropter eorum quæ sequuta sunt historiam paucis perstringam.

X. Inducijs inter Selimum & Maximilianum factis, Transyluani aliquantulum respirare incipiebant: quum ecce mors Ioannis tamquam decumanus fluctus superueniens, nouas tempestates & turbas excitauit. Licet enim Ioannes Arianismo non occulte fauerit, pænitentia tamen ductus, Maximilianum Imperatorem successorem sibi nominarat. At Transyluania proceres exterorum petra si imperium, suæ gentis Principem sibi optabant; Lutherani in primis & oculi Sacramentarij, qui parum tutos se arbitrabantur, si Principatus ad Maximilianum Catholicæ religionis studiosissimum & summa potentia præditum deuolueretur. Ab his ergo Princeps eligitur Stephanus Batorius; cui quamuis Catholico illi tanto magis fidebant, quod non dubitarent contentione illa de Principatu ipsius erga Maximilianum, quem ipsi pariter oderant & metuebant, odium valde exasperatum iri. His ita inter se commissis, utrimque bellum paratur. Quia vero Sultanum Batorius non minus quam Ioanni antea fauere certum erat, Maximilianus ad omnes Christianos Reges ac Principes Legatis missis, opem eorum implorauit, qua à protestantibus frustratus fuerat, eo quod petitione ipsorum de religione annuere noluisset. Quum ergo Imperium summis cum difficultatibus inter frequentes Turcarum assultus, Hungarorum & Transyluanorum prodiciones, ac hæreticorum minas administrasset, celesti illa immarcesibili coronâ Deo per mortem donatus, terrestrem hanc & Imperialem Rudolpho filio reliquit, cui iam ante mortem patris Hungarica corona ab Episcopis Agriensi & Zagabriensi Pofonij imposita fuerat, & ius traditum in annexum ei Transyluania Principatum; quum prius iureiurando se abstinzisset, Catholicam se Ecclesiam & contra Turcas & contra hæreticos, constanter & fideliter lesurum, quorum hi clandestinis suis machinationibus Christianæ Reipublicæ non minus nocent, quam illi vi aperta.

XI. Ad inuidiam vero minuendam, Batorius repudiato regis nomine; Princeps tantum Transyluania dici voluit, & quia facile videbat, sub-

ditos vi ad Catholicam religionem adducere se non posse, lenioribus remedijs vtendum sibi duxit. Claudiopoli ergo, vbi mira erat Artianorum multitudo, Societati Iesu Collegium extraxit, hanc, ceterorum Regum ac Principum exemplo, commodissimam rationem existimās pestem quæ sub priori Principe longe lateque grassata fuerat, reprimendi. Tanta vero de Principis huius virtute fuit existimatio, vt Poloni, post Henrici III. Galorum regis discessum, vel reditum in Franciam, eum præ ceteris regno dignum iudicarent, Anno 1572. Itaque in Poloniam proficiscens Stephanus Transylvaniæ Principatum in manus fratris sui *Christophori*, non minus Catholicæ religionis amanti Principis, consignauit, eique præ ceteris omnibus rebus, curam Patrum Societatis Iesu, suis auspicijs in eam prouinciam adductorum, commendauit. Quod mandatum ille diligenter exsequutus est, & prædictos Patres in possessione Collegij Claudiopolitani misit, eo ipso tempore quo Prouinciæ Ordines comitia Tordæ habebat: Anno 1579. qui quum Principem à proposito hoc diuertere frustra tentassent, ad eum in hanc sententiam scripserant: *Intellexisse se quum ex ipsius, tum ex serenissimi Polonia regis litteris causas, ob quas Iesuitarum Societatem in Transylvaniam introduxerit: quorum quum potissima sit inuentus institutio, regere se etiam atque etiam, vt Patres illi intra prædictos limites continere se iubeantur, ne ob religionis diuersitatem nouis turbis occasio detur. Quum vero Princeps Christophorus eisdem etiam Albæ Iuliæ Collegium assignare veller, vt ad tam copiosam messem boni operarij vndique suppetere, & res tantum non à bi conclamata in melius restituerentur: ijdem Ordines, (in quibus omne genus erat hæreticorū) Claudiopoli Anno M. D. LXXXI. congregati, Prædicantium impulsu rursus ei supplicauerunt, ne Iesuitas amplius introduci sineret. Quod si qua ciuitas sit qua Romana religionis Ecclesiasten desideret, prius inquiri iubeat an id potentium tantus sit numerus, vt Pastore opus habere videantur, ac tum dum aliquis accersatur. Equum vero non esse, vt in paucorum hominum gratiam publica quies perturbetur. Perstabat nihilominus in proposito Princeps; sic vt institutis ad votum Collegijs, plurimi indices ad Ecclesiam, quam temere deseruerant, sunt reuersi.*

*Christophoro vita functo, Sigismundus Battorius filius successit, magni animi summæque expectationis iuuenis, cui vix dum nato communis hominum opinio Principatum fuerat augurata.*

Erat enim Catholicæ Ecclesiæ eiusque legum obseruantissimus, vt cuius omnis pueritia & adolescentia à Partibus Societatis Iesu tam literis quum moribus formata & exulta fuerat. P. quidem Leliesium pueritiæ suæ moderatorem, semper ille tãquam parentem obseruauit & coluit: cuius potissimum instinctu, dissolutio quod prædecessores ipsius cum Turcarum tyranno contraxerant federe, & abdicato ipsius patrocinio, fedus cum Rudolpho Imperatore iniit, quæque ad status sui defensionem pertinerent, diligenter præparauit, dicens, *malle se cum Christianis sociatum omnia perdere, quam infidelibus imperium & salutem debere.* O felicem & gloriosum Principem, si exitus tam præclaris principijs respondisset! In quæ præcipua Reges & Principes ab ambitione, inuidia & zelotypia abducuntur, sic vt ad ea sæpe descendant quæ nunquam antea præuiderant, immo ne cogitarant quidem: quemadmodum huic Principi accidit, vt in sequentibus videbimus.

XII. Quum hoc modo Catholicis res sub Sigismundi Principatu, qui Patrū Societatis Iesu Confilijs præcipue utebatur, prospere aliquamdiu cederent, & eorundem opera multi quotidie ex hæresi ad Catholicam fidem conuerterentur: ecce diabolus proceres aliquos, Lutheranis, Calvinistis vel Artianis etiam fauentes suscitauit, ad fedus inter se sub libertatis prætextu, in Catholicæ Ecclesiæ, cuius prosperitati inuidebant, perniciem inuendum: qui decreto factò, Anno 1582. contempta Principis astate, Patres omnes à Transylvania proscripterunt. His vero iniuste secum agi querentibus, vt lege secum ageretur, qui secundum leges recepti essent, neque in audiri damnarentur, aut vsiquod vel in moribus vel in doctrina scandalum commississent, id demonstraretur postulãibus, responsum fuit, Nullas alias ipsorum partes esse quam obedire, quos facile appareat ad hoc à Papa esse conductos, vt prouinciam sub Romanæ Ecclesiæ iugum redigant: eum vero conatū sibi præuertendum esse. Sic ergo Principe valde inuito & reluctantante Patres è prouincia eiectionis, domicilium alibi quæsiuerunt: vixque hoc datum fuit Principis precibus, vt P. Alphonsum Carillium sibi retinere liceret. Non multo post Patrum discessum coniuratio contra Principem fuit inita, cuius dux fuit Balthasar Battorius Sigismundo proxima cognatione iunctus, Andrea Cardinalis frater: qui cum socijs coniurationis, Sigismundo vel ferro vel veneno è medio sublato, Principatum inuadere constituerat. Huius tam sceleratæ coniurationis quum

indicia

indicia quædam emanassent, Sigismundus P. Alphonso ad Casarem ablegato, quid in tanta faciendum sibi esset, Consilium exquisiuit, in qua nullius alterius fidem periclitari vellent. Alphonso in itinere a coniuratis comprehenso, litterisque ad Imperatorem prolatis, adeoque tota re patefacta, Sigismundus cum fidelioribus aliquot ministris, ne in coniuratorum manus incideret, discedit: illi vero indicto statim conuentu, coram Ordinibus proponunt: Quandoquidem Sigismundus Princeps sua sponte Principatum deseruerit, priuatam vitam posthac acturus, reliquum esse vt nouus Princeps eligatur. Ad Balhafaris potissimum Batorij intuitu factum fore: qui Ordinum suffragia in se inclinatura sperabat, vt qui ad eam dignitatem aspiraret, patrem non haberet. Interim idem P. Carillum dimittere iubet Sigismundus quam locis turis aliquam diu se continisset, vt quam viam Baltasar institutus esset, interea videret, tandem ad Imperatorem proficisci decreuit: verum P. Carillus in via ei occurrens, persuasit, ne longius discederet, eaque ratione omnium voluntates multo magis à se se ab alienaret, ac tandem etiam ab amicis, & qui à partibus ipsius adhuc stabant, desereretur. Tuto eum quum omnibus Catholicis, tum maxima populi parti fidere posse. Carilli Consilio obsequutus Sigismundus, Ordines prouincia certiores facit, falsum esse rumorum de se sparsum, quod Principatum renunciauerit. Quod vero in tutum locum secesserit, causas se grauis habere, ac præsertim vt insidias vita sua sine ulla causa firmè sentiat: qui tamen ne minima quidem offensionis sibi conscius sit, nec quidquam magis in uotis habeat quam Principatum à patre sibi relictum sartum intectum conseruare. His in conuentu perlectis litteris, non Ordines tantum qui conuentui intererant, sed etiam maior populi pars vna voce exclamarunt, *Volumus Sigismundum, Volumus Sigismundum.* Quare obstupefactus Baltasar, dissimulato suo conatu, & ipse abscessit.

XIII. Sic ergo ad Sigismundum Legati mittuntur, qui communi nomine eum vt rediret, rogarent; ille vero vt sibi redeunti se sitas reducere liceret, omnino volebat, tandem vero precibus quorundam vt temporibus obsecundaret, & meliorem expectaret occasionem. Atus, sine illis reuersus est, ab accurrete undique multitudine in crebili plausu & gaudio exceptus Baltasar quoque cum socijs honorifice ei obuiam processit, superiora excusans, & omnem in posterum obedientiam promit-

tens. Quemadmodum vero illi conatus suos quibus poterant coloribus excusabant; ita Sigismundus vindicta, quam animo volebat, studium omnibus modis celabat, atque illis in primis quibus maxime inensus erat, singularem beneuolentiam & fauorem ostentabat; in Baltasarem quoque noui Comitatus beneficio collato. Tandem vero siue nouis contra se insidijs compertis, siue priorum iniuriarum adhuc memor (absolute enim imperandi cupiditas siue zelotypia omnia etiam at ætissimæ cognationis vincula rumpit) captantes capere, & suis ipsorum irretire laqueis decreuit. Restato consociorum silentio & fide acta, vt per armatos aliquot homines viginti circiter proceribus, qui officij causa ad templum euntem comitatum aduenerant, manum intici iusserit; quorum deinde aliquot ad dicendam causam productos, & perfidiam conuictos, in carcere necari iussit, Baltasarem in primis, multa nequicquam cum multis lachrymis obsecrantem. Re deinde ad prouinciæ Ordines, cui scilicet extremis istis remedijs sibi utendum, & perfidorum conatibus obuiam eundem statuisset, relata, Principatum potro tranquille administravit. Amurathes interim indignissime ferens, quod Sigismundus Rudolphi Cæsaris amicitiam suæ prætulisset, Sinanem Bassam cum centum armatorum millibus contra ipsum ablegauit, cum mandatis vt vivum aut mortuum in suam redigeret potestatem: cui Sigismundus imberbis fere adhuc, sed forti & magno animo iuuenis, cum quinquaginta millibus se obiecit, & magnam Turcici exercitus partem concidit. Videre ibi erat religiosos seu monachos nostros per mediam aciem, inter tormentorum fumum & fragorem, crucifixi imaginem in manibus gestantes discurrere, & Christianos ad fortiter pugnandum animare. Victoria hæc, quam postea Lippæ recuperatio valde auxit, inter paucas fuit memorabilis, & Principi huic iuueni magno exultationem & gloriam, toti vero Christianæ reipublicæ magna commoda, adeoque securitatem peperit: tantis illustrior, quod contra veteranum & multis contra nostros victorijs insolentem duce, à tam paucorum annorum Principe parata esset. Secundum hæc Sigismundus Patres Societatis Iesu, abolito quod Anno M. D. LXXXVIII. contra eos promulgatum fuerat, decreto, Anno M. D. XCV. in veteres sedes & domicilia reduxit.

duxit, Catholicis passim vehementi gaudio exultantibus, inimicis vero ipsorum, qui societatem hanc cane peius & angue oderunt, metu percussis: sicque restitutus Collegijs, etiam publicas habendi conciones populamque docendi facultas ipsi concessa est.

XIV. Post Iesuitarum discessum superioribus annis in Transyluaniam venerat monachus quidam, Calaber natione, sicque in Principis familiaritatem se insinuat, ut Confessarius ipsius factus sit. Hunc plerique omnium eorum malorum quae Principi postea acciderunt, auctorem, fuisse perhibent, ut qui & necromanticus fuerit, & omnibus odiosus. Quum enim Princeps Anno 1595. uxorem duxisset Mariam Christianam, Caroli Austriae Archiducis filiam, ita frigidum & maleficiatum se sensit, ut lenta tabe in singulas horas consumi videretur: & quamvis absentis amore flagrantissimo aestuaret, praesentis tamen ne aspectum quidem ferre posset. Idque malum tanto erat grauius quod nullum ei remedium afferri posset. Optimum virum P. Magium in Polonia & Austria diu versatum, quum Anno M. D. C. I. in Franciam venisset, ut cum Rege de restituenda Societate ageret. Burdigalae narrantem audisse memini, nuptiarum die feminam quaedam in templo visam fuisse, inuitos quosdam characteres humi describentem; idque tum non animaduersum, postea fascini causam fuisse creditam, Alij monacho illi Calabro maleficium hoc adscribunt, eumque cum habitu isto ad Principem ideo venisse putant, ut tanto faciliorem haberet accessum, quem scilicet optime erga religiosos affectum esse sciret. Diuina certe eum vltio non multo post sequuta est, phthiriasi miserabiliter consumtum.

Tantis malis afflictus Princeps (nam & acerbissimos sentiebat cruciatus, & animo ita nonnumquam alienabatur, ut insanite videretur. Anno 1596. Pragam ad Imperatorem profectus, totius prouinciae imperium in manus eius consignauit, pro compensatione accepto quodam in Silesia Ducatu: valetudine inter a siue vi morbi, seu remediorum violentia, tam animi quam corporis in deterius vergente. Viennam deinde profectus, Anno 1599. in festo Corporis Christi vna cum Marthia & Maximiliano Archiducibus, venerabilem Eucharistiam in solenni processione comitans, ob rerum antegestiarum magnitudinem, omnium oculos in se conuertit, nequissimum illum maleficum, qui tam generosi Principis valetudi-

nem corrupisset, vna voce detestantium. Quum deinde in Silesiam venisset, & ditunculam quam pro amplissimo Principatu acceperat, iustrasset, poenitere eum conditionis cepit, quumque Maximilianum Archiducem in itinere iam esse, adeoque Cassouiam, ut prouinciam fratris Imperatoris Rudolphi nomine administraret, venisse accepisset, clam conscenso equo, relictis omnibus quae apportauerat, celerime in Transyluaniam contendit, ab Ordinibus, quamuis Rudolpho Imperatori fidem iam & obedientiam praestitissent, summa cum gratulatione receptus. Rudolphus Imperator etsi hac Principis inconstantia non mediocriter esset offensus, tamen non modo familiam eius liberam dimitti, verum etiam bona quae secum attulerat, restitui ei iussit. Non multo post idem Sigismundus, animaduertens se tanto imperio moderando in hac animi ambecillitate nequaquam parem esse, quum absentis uxoris lectissima feminae amore aestuaret, cuius praesentis, ut diximus, ne conspectum quidem ferre posset, Andream Batorium Cardinalem, cognatum suum, acerrimum antea inimicum, ut qui post Balfaris fratris necem caelum & terram contra Sigismundum iritare numquam cessarat, e Polonia accessit, eique prouinciae imperium, assentientibus ordinibus tradidit, ipse vero in Poloniam abiit, ut ibi quod reliquum erat vitae, priuatus exigeret, redditibus quibusdam sibi reseruatis, praeter opulentam admodum suppellectilem & magnam pecuniae vim, quam Sinane Bassa profligato e praeda confecerat: quae tamen breui post tota incendio periit, omnibus quasi elementis in miseri Principis exitium vna conspirantibus. Eodem tempore vxor Sigismundi tantorum malorum pertaesa, in monasterium quoddam Monialium concessit. Andreas Cardinalis accepta in fidem prouincia, cum Imperatore per legatos de pace statim tractare cepit, Pontificis potissimum interuentu. Interim Michael Moldauiae VVaiuoda siue praefectus, cum magno exercitu in Transyluaniam profectus, multa loca, non prius deuincato bello, occupat. Cardinalis tam in sperato casu oppressus, nec vllius iniuriae aut inimicitiae contra Michaellem sibi conscius, missis ad eum legatis, cur cum exercitu in prouinciam descenderit, exquirat, atque etiam a Legato seu Nuncio Pontificio impetrat, ut tamquam pacis mediator, se interponeret, & ad arma deponenda hominem exhortaretur. Ille vero nihil cunctatus, Legatum arce quadam

quadam includit, & magnis itineribus cum exercitu progressus, missoque feciali à Turcarum Sultano mandatum sibi esse dicit, ut totam Batoriorum, à quibus superiori tempore non mediocrem cladem acceperat, funditus deleret: idem etiam sibi à Romano Imperatore Rudolpho iniunctum. Eare accepta, Cardinalis quantas potest copias contrahit; & quamvis viribus multo esset inferior, primam VValachi aciem fundit ac sternit: sed redintegrato prælio, à Gaspare Cornisio Arriano, equitatus duce, ut & Boriscio Varadini præfecto Lutheranò, Ecclesiastici hominis imperium molente ferentibus, turpiter deserrus, noctis usus beneficio, ægre euasit. Dum vero aliquamdiu hinc inde vagatur, tandem ex equo admodum lassò ipse non minus lassus descendit, & in herba expositus à somno opprimitur. Delati ad eundem locum pastores quidam, miserum Principem sic deprehensum, non agniti suo ipsius gladio iugulant, caputque ei amputant: quod VValachi iussu postea depictum, vnà cum acinace, equo & signo Cardinalis, Viennam ad Matthiam Archiducem Matthiam missum fuit. Hoc modo Michael VValachia & VValuoda Translyuaniam occupauit, ac deinde Cæsaris Rudolphi nomine aliquamdiu administravit: homo Græcæ fidei, & acerrimus Antitrinitariorum & Sacramentariorum hostis. Quum vero Imperator animaduerteret, VValachum ab solurum affectare imperium, & perniciosè sibi tractare Consilia; Georgio Basta viro rei militaris, quam sub Ioanne Austrio & Alexandro Farnesio Parmensi Principe in Belgio didicerat, peritissimo prouinciæ occupandæ, hominisque in potestatem suam redigendi negocium dedit: quod & ille feliciter confecit & VValachum prælio vitum occidit. Quia vero multi adhuc in Translyuania erant Batorianarum partium studiosi; Sigismunduseorum fauore fretus è Polonia in prouinciã rediit, & Principatum toties iam desertum, rursus occupauit; inierim vero eum Rudolpho Cæsare de pace & amicitia ineunda egis, additis minis, nisi prouinciã ipsius voluntate obtineret Turcarum opem & patrocinium se imploraturum. Sic misera hæc & infelix regio varijs modo prosperæ modo aduersæ fortunæ casibus diu agitata, ac tandem extremis quas bellum adfert calamitatibus afflicta fuit, & tantum non pessimata.

XIII. Et hic quidem Translyuania fuit status, in qua multiplex hæresis Arrianorum, Antitrini-

tariorum, Sabbathariorum, Lutheranorum, Calvinistarum, & Anabaptistarum, cruentas admodum tragœdias excitauit. Quamquam enim Anno M. D. LVIII. Tordæ ut & postea A. M. D. LIX. Albæ Iuliæ, & rursus Anno M. D. LX. Claudio-poli in Ordinum comitijs decretum fuerit, ne præter Catholicam & Lutheranam, vilius in tota prouincia religionis exercitium permitteretur; paulatim tamen infinita illa confusæ sectarum multitudo irrepfit. *Ecco hic Christus est, aciebat Antitrinitarius: ecco cum apud nos, repitabat Arrianus: non vestra, sed nostra fides vera est,* clamabant Anabaptistæ, Tritheitæ, Samosatraniani, Calvinistæ. Et quemadmodum homines deserrati totam, quod dicitur, iacere aleam nihil pensi habent; sic multi ex proceribus, in tanta disparium & toto cælo dissidentium sectarum turba, omnem fere religionis, adeoque etiam reipublicæ curam deseruerunt. Hinc decretum illud Anno M. D. LXIII. ipsa S. Trinitatis Dominica factum, *ut quisque quam vellet religionem sequeretur, & diuersarum sectarum concionatoribus alijs, ac rursus hi alijs, eodem in templo docend; & suo modo sacra exercend; & Sacramenta administrandi locum darent:* quod & postea Anno M. D. LXVI. Tordæ, & Anno M. D. LXXI. Vasahele in Ordinum conuentu confirmatum fuit. Ab Anno quidem M. D. XL. Lutherana religio sola præter Catholicam, in prouincia hac locum habuit (Arriani enim in occulto lateantes, nomen suum profiteri non audebant) at postquam Calvinistis aditus patefactus est, omnis illa sectarum turba vnà irrupit, quasi tali publicato decreto: *Accurrite huc Beelzebub, Ashtaroth, & omnes maligni atque infernales Spiritus: in eadem vestram tundite, fabricate vobis arma quibus veram religionem oppugnetis, atque etiam si fieri posset, excindatis: huc huc agite, socios vestros visite, obuijs vnijs ad excipiendum vos paratos; Iesu Christi Deitatem primum, deinde humanitatem oppugnantes, purum & nudum hominem, aequalum Mahumeti Prophetam fuisse dictantes, negantes eius omnipotentiam, & Sacramenta truncantes ac scelerate suerentes.* Opulchrum decretum! Ut scilicet quisque pro suo arbitratu viuat & credat quod velit. Sanctam hanc de Christiana libertate legem à Luthero tantopere deprædicatam, successores eius religiose admodum seruarunt. In Translyuania certe quotiescunque nouus Princeps electus fuit, ista conditio ei fuit imposta, ut quam quis vellet profiteri religionem omnibus liberam concederet facultatem: ex quo factum

Y y est,



est, ut nihil postea à plerisque crederetur: adeoque de vera religione plane actum fuisset, nisi PP. Societatis Iesu Claudiopoli & Albæ lulix semina eius conferuissent, & bonæ incolarum parti ad salutem duces atque auctores fuissent, cum certa spe etiam reliquos, per Dei gratiam, in viam reducendi, dum modo idem Deus optimus maximus amplissimam hanc prouinciam contra Turcarum machinationes & vim conferuaret, qui hæreticorum fauore adducti, firmissimum hoc Christianæ Reipublicæ vel occupare vel totum destruere multis iam annis numquam destiterunt.

## QVIBVS MODIS HAERESIS IN Poloniae regnum irrepserint.

### CAVTV VIII.

#### ARGVMENTVM.

- I. Polonia ab hæresi immunis, usque ad Lutheri circiter obitum.
- II. Sigismundus I. Lutherana hæresi se fortiter opponit: cui Sigismundi II. secedit: a aditum deinde aperuit.
- III. Quinam auctores fuerint earum hæreson qua etiamnum Poloniam affligunt.
- IV. Polonia & circumiacentes regiones unam tunc religionem coluerunt.
- V. Calvinista & Lutherani confusionem istarum causarum sibi inuicem impugnant.
- VI. Evangelici Catholicos Turcas appellans.

**I**N Poloniae regno Catholica religio sincera & incorrupta mansit ex eo usque tempore quo Miecislaus deserto paganismo, Christianam fidem amplectus est; nec ullam hætenus senserat mutationem. Quamuis enim Hussitæ, Bohemi, tam lingua quam moribus Poloni: sere similes, seculæ suæ virus in Poloniam deriuare ac diffundere modis omnibus conati sint; à generali tamen Ecclesiæ consensu eiusque unitate auellere eam numquam potuerunt. Ex ijs aliqui ab Abrahamo Sbanicio viro nobili in Sbanino arce alebantur, qui virus suum in populum spargerent, (a) sed Po-

Poloni Bohemorum mutuis se cladibus atterentium, ac totum regnum extremis periculis inuoluentium exemplo prudentiores facti, in veteri religione perstabant, & supremi in Ecclesia Pastoris dicto erant audientes. Tantus vero Poloniae regum erga Catholicam religionem ardor fuit & zelus hætenus, ut regna hæresibus infecta vltro oblata, repudiarent. Quum enim Vladislao Bohemix regnum ab Hussitis oblatum esset, ille accipere illud magno animo recusauit. Legatis respondit religioni sibi esse hæreticis imperare. Redirent prius ad Ecclesiam, tum conditionem regnandi se accepturum. Atque hoc modo natio Polonorum tam populosa quam bellicosa ab hærese os labæ immunis fuit conferuata. Quam ob causam immortale illud Poloniae decus Cardinalis Hosius ait, praeter ceteris omnibus populis hanc Polonos gratiam Deo debere, quod numquam pugnantibus inter se hæreticorum doctrinis fuerint seducti, nisi post excitatum à Luthero schisma. Antea enim unam omnium & eandem fuisse vocem & doctrinam, ac summum in tota religione consensum: ut facile ciuitas illa potuerit recognosci, cuius participatio, ut regius Psaltes inquit, in idipsum (b). Hoc vero diuinum beneficium post Deum singulari Regum ac Principum pietati acceptum ferendum est: quibus solis cum Christianissimo & Nauarræ regibus iuris concessum est, ut coronas superius elatas gestent, supremi dominij & ab omni alieno imperio liberi insignes; atque etiam sacro Christianitate vngantur. Nam Daniæ, Sueciæ, Noruegiæ, Gothiæ, Bohemiæ, Hungariæ, Neapolis, Siciliae, atque etiam Angliæ reges coronas gestant superiori parte aperas, ut qui plerique superiorem agnoscant. Quanto vero tam Catholice defendendæ quam propugnandæ religionis desiderio Poloniæ reges flagrant, bella quæ contra infideles continua fere gesserunt, tum etiam magnifica templa in honorem eius, qui pro Mundi peccatis crucifixus est, erecta, & amplissimis redditibus dotata, facile demonstrant. Quum enim pleræque aliæ nationes decimas tantum bonorum Ecclesiastico ordini assignassent, hæc vna tertiam regij patrimonij partem tribuisse videtur.

**II.** Exorto vero Lutheranos schismate, & hæresi per totam Germaniam grassante, contagio quoque tanti mali ad Poloniam peruenit, nihil minus metuentem quam fore ut tanta turba ex tam tenuibus principijs nasceretur. Rex quidem Sigismun-

a Cromerius lib. 21. b psal. 121. 3.

gismundus I. cuius ob singularem virtutem & prudentiam tanta erat existimatio, ut ab omnibus Principibus etiam ab ipso Solimanno Pater appellaretur, memor rem suam agi, *paries quum proximus ardet.*

Conuocatis regni Ordinibus, assentiente maiori proterum parte, decretum promulgauit, *ut qui à Catholica discederent Ecclesia, pro Dei & Reipublica hostibus, ac lese diuina & humana maiestatis reus, adeoque patria proditoribus, haberentur, & tamquam inestabiles ex Nobilium albo eraderentur.* Salutare hoc decretum postea totius Nobilitatis & regni Senatorum assensu confirmatum, eoque omnes Lutheranæ hæreseos conatus diu elusi sunt & repressi. Inprimis vero illud Rex prudentissimus caueat (c), *ne iuuentus ad Germania scholas hæresi infectas ablegaretur, neque etiam litterarum doctores ac professores à Germania accerentur.* Nihilominus tamen quidam vulpecularum more clauclulum in Poloniam maiorem irrepserit, Picardi inprimis, Iacobi cuiusdam Ostrorogi, ductu, itemque Lutheranæ secta Cozontretum primum ac deinde Posnauam à Stanislao Ostrorogio introducta gliscere coepit. Et duo hi quidem fratres libera paternæ labis & hæreticæ contagionis hæredes reliquerunt. Porro Sigismundo Anno MDXLVII. octuagesimo primo suæ ætatis anno rebus humanis exempto, Sigismundus II. filius successit, Nobilitati magis quam regni senatoribus addictus, neque Lutheranis admodum infestus: ex quo magna rerum mutatio sequuta est, non paucis è Nobilitate domum è Germania, quo à parentibus missi fuerant, reuersis, & Augustanæ Confessionis apportata secum doctrina. Sed alij nouitatis auidi, liberis suis ex Vitebergensi & Lipsiensi Academicis alijsque locis hæresi infectis præceptores accersuerunt: inter quos fuerunt Eustachius Tresca & Matthæus Poleius, iuuenibus aliquot ex nobili & opulenta Goranorum familia moderandis: que erudiendis appositi ac pauxillo momento id hominum genus, Melanchthonis, ad quem mortuo Luthero omnes tamquam ad oraculum recurrerant, consilij vsu, longe lateque virus suum diffuderant, corruptis iuuentutis animis, & dulci illa Euangelica libertate, (qua vota proculcantur, sperantur ieiunia, exterminantur peccatorum Confessiones & pœnitentia, apud Catholicos religiose hætenus & rigide obseruata) insecatis, Christophorus Hegendorphinus ad

moderandam iuuenturem & litteras docendas Posnauam accitus, primus Lutheri Catechismum discipulis obrutus; cuius exemplum collegæ aliquot & Gymnasiorum rectores mox sequuti sunt; dum interea Hussitici quidam Prædicantes populum itidem sermonibus suis seducere allaborant. Sed Andreas Bninius Posnauensis Episcopus iam pridem Abrahamum Sbanseum Hussitis fauentem, vi aggressus, dedi sibi quinque sacerdotes Bohemos coegit, & instaurato Posnauæ iudicio, publice cremauit: sed postea vis contagionis indies latius proserpentis, non paruum Nobilitatis partem infecit, adeoque ad ipsos regni senatores peruasit, à patribus quasi hæreditario iure in liberos translato, ipse, uel exoleta potius, cuius supra meminimus, lege, & apud ignobile tantum vulgus vim habere iussa: ut Sigismundi Augusti leges recte aranearum telis similes dictæ sint, quæ muscastantum detinent, sed à vespis & crabronibus facile perumpuntur. Graues quidem tam Episcoporum quam totius ordinis Ecclesiastici querelæ ad regem undique deferebantur; sed tam sepniter ille & remisse omnia administrabat, ut Hæresis breui tempore ad omnes regni ordines penetrarit. Procerum enim quorundam, qui Augustanam Confessionem aperte profitebantur, offensionem magnopere verebatur, quorum auxilijs ipsi hinc contra Moscouitas, illic contra Tartaros grauissimis bellis impedito, opus erat. Neque vero in hac tantum re Sigismundus Augustus, sed & in alijs omnibus eiusmodi cunctatione utebatur, ut inde à quibusdam Rex Giotron, id est, Rex crassinus fuerit appellatus, quod scilicet omnia differret ac procrastinaret. Sed & in hoc grauitè ab eodem peccatum est, quod & sectarijs conuentus habendi potestatem fecit, & templa ad nouæ religionis exercitium postulantibus aures præbuit; ac cælum ipsum tantas iniurias & blasphemias hæreticorum non ferens, eodem tempore fulmen in ædes ubi illi conuenerant, immisit, ut Hosius testatur, regem in hæc uerba, commonefaciens: (d) *Ne cogitaret forte fortuna ædes illas, in quibus de diuisione Ecclesie agebatur, summe fuisse percussas. Dei hanc fuisse vocem, qua Consilia ista damnauit; adeoque mouendum esse, nisi Rex istorum sceleratibus opponat, multo uehementiorem tempestatem in caput ipsius incubituram.*

Y y z

c. Anno 1541. d. Hof. tract. de hæres.

Ex quo effectum est, ut rex in Catholica quidem Ecclesie obedientia semper permaneret; nullo tamen violento contra hæresim remedio uti ausus fuerit, sed turbarum metu malum dissimulavit. Simile quid Manuele Orientis Imperum tenente evenisse; historice testatur. (e) *Quum enim Constantinopoli ipse præsentia Imperatore, de Salvatoris sacrificio disputaretur, quomodo scilicet fieri posuerit, ut Dei Verbum carne nostra vestitum, & verus homo factum, & sacrificium simul esset & sacrificator, ingens tonitruu repente ex auditum fuit, tanto maiori cum admiratione, quod anni tempus maxima esset ælium; quo plerique quasi aderant, fuere prostrati. Eodem tempore, inquit Nicetas, Elias vir doctus & celebris, librum aperuit, lectisque qua ad tempus illud pertinebant, verba hæc invenit: *Rumæ & casus sapientum.* Et sicut Manuel Imperator, hæcenus contempta Patrum auctoritate, Scripturam suo arbitratu & iudicio expheare solitus prodigio hoc eventum motus fuit ut Ecclesie eiusque Doctorum auctoritati plus posthac deferretur. Sigismundus quoque fulmine illo & alijs rebus monitus, nullum unquam edictum in hæreticorum favorem promulgavit, quam multipliciter urgeretur. Quin etiam à regni Ordinibus ac Senatoribus comitia VVarsoviæ celebrantibus, ut de religionis negotio cognosceret, rogatus, non minus pie quam prudenter respondit: *Rex ego sum non Pastor Ecclesie, tantumque abest ut meum his de rebus velim interponere iudicium, ut etiam præsulum Ecclesie iudicio me submittere paratus sim.* Quia tamen idem conscientiarum libertatem, ut vocant, omnibus indulgebatur, factum est ut regnum novarum doctrinarum magouibus ac prædicatoribus, brevi tempore sit repletum; alijs è Saxonia; alijs ex Helvetia; Geneva præcipue & Tiguro accurrentibus. Quin etiam Servetum ex media Hispania eò advenisse constat, postquam Geneva primæ impietatis suæ tyrocinia fecisset. Ex Italia vero Bernardinum Ochionum, & Valentinum Gentilem Mediolanensem, eodem commigrasse: sic ut brevi tempore tam varijs stirpibus infinita hæreses & sectarum turba enata sit. Palatini quidam ad mutationem spectantes, Melanchthonem consuluerunt, quamnam ex tot religionibus, ut omnium optima & maxime sincera, amplectenda esset; misso eum in finem Petro Gomonseio Lithuano: qui quum Anno M. D. LVI. Vitebergam venisset, Melanchthonem adijt, expositisque mandatis, Fidei confessionem exhibuit. Nam ut paullo antequoque diximus, Luthero defuncto Melanchtho-*

nis præcipua erat inter Novatores auctoritas, sic ut tamquam supremum Ecclesie illorum caput, tantum non adoraretur. Sed Philippus tot negocijs impeditus, respondendi partes Selæ cetero dedit, qui statim *Novam illam Polonorum doctrinam Arrianismum sapere pronuncia vit*: quod ubi Melanchthon intellexit, hominem sine ullo alio responso ad suos remisit.

Interea in Polonia, ut in ea parte Livoniae, quæ Polonorum subest imperio, à populo pastores quales ipsi volebant, eligebantur: eaque eligendi ratio diu fuit observata, ut scilicet tale munus petens ad locum ingrediatur, postisque genibus, à Consulibus & magistratu afflatus, divinum scilicet spiritum accipiat. Inde manuum appropinquatum Consul in templum deducit, & in suggestum collocato Biblia Lutheri & Augustinam Confessionem in manus tradit, ut quidem Rescius scribit. (a) At forma hæc postea mutata fuit, sic ut solus superintendens Ministris futuris manus imponat, & Evangelium prædicandi concedat potestatem. Quis ergo miretur tantam in Polonia sectarum multitudinem quasi repente extitisse: quales sunt Atrinitarij, Trithemistæ, Arriani, Samofateniani, alijque. Non minus horribilem quam miserabilem confusionem! qua Mahumetismo paulatim subrepti via sternitur, ut Calvinistæ & Lutherani à veritate coacti ipsi fatentur. Josias certe Simlerus quodam loco scribit, (g) *Polonia Ecclesias (de Lutheranis vero loquitur) in magno & evidenti esse periculo, eo quod Turcis admodum vicina sint & ad fines eoque metusendum, ne novi hæretici, quorum magna ibi sit similitudo, Mahumetanam invectant doctrinam.* Idem Beza in quadam scribit epistola: & Seurmus Zainglianus in libro quem contra Ceneordiae Formulam edidit, *Vereri se*, inquit, *ne dissidium hoc religionis & Ecclesiarum, & Novæ subinde exorientes sibi hæreses Mahumetismo aditum patefaciant.*

III. Sed unde, quæso, novi isti hæretici, qui vobismetum incutiunt, prodierunt? Quis Arrianos, Deistas, Atrinitarios, & alios tanta copia & varietate sue crescentes produxit? Numquid ex Ochioni, Gentili, Blaudrati, Statorij, Alciati & similibus farina hominum scholæ illi prodierunt? qui omnes Evangelicos se initio professi, tandem ad Mahumetismum aut Arrianismum transierunt ut Johannes

<sup>a</sup> e Nicetas libro 6. f. In Athet. de sac. ord. g. In libro de aet. Dei Filio.

annes Harenus, qui in Belgio noui Euangelii ministerio aliquamdiu functus ad Catholicam postea rediit Ecclesiam, in libello quo conuersionis suae explicat causas scriptum reliquit. Beza ipse fateretur (b) Paulum Alciatum Mahumetanam religionem fuisse amplexum. Idem fecit celebris ille iconoclasta Amanus & Adamus Neuserus, Minister quondam Heidelbergensis ex Calvinista primo Arrianus, deinde ex Arriano Mahumetista factus, & Constantinopolim vna cum Ioanne Siluano profectus, Christianam fidem aperte abnegauit, vt Micheas Musulmanus apud Reginaldum (i) testatur: in Germania etiam plures alii ad Mahumetismum abducere conatus, vt videre est ex eo Colloquio quod Anno M. D. XCI. inter Catholicum quendam & Badium Calvinianae religionis Ministram factum habitum; itemque ex ipsius Neuseri litteris ad Stephanum Gerlachium amicum Anno M. D. LX. XIV. die Junij secundo scriptis. Eadem inconstantia fuit Blandrati, qui ex Lutherano Tritheista, ac tandem Mahumetanus euasit: iridemque Poloni cuiusdam Mustaphae de Zans nomine, qui quum initio Calvinista fuisset, tandem ad Mahumetismum defecit, & Turcici Imperatoris nomine apud Poloniam regem Legationem obiit, vt Surius scribit (k) Georgius Paullus vero Pastor Cracouienfis, Gonesius, Gribaldus, Volanus, Dauid & complures alii famosi Noui Euangelii in magnis tam Poloniam quam Transiluaniam ciuitatibus praecones, repudiato Calvinismo, Arianismum aperte professi sunt. Idem fecit Lucas Steinbergerus, Lutheri discipulus & Noui Euangelii in Morauia praedicans: & praeter ceteros miserabilis ille Bernadus Ochinus, qui ad eas regiones profectus, quasi nulla haecenus verae religionis fuisset noticia, novos canones Ecclesiae Christianae (quorum exemplum Francofurti Anno M. D. LII. impressum vidi) promulgauit.

IV. Ante Babylonicam quondam turris molitionem vna tantum inter homines lingua & vnus sermo erat: postquam vero Nemrothus inaudita inflatus insolentia, quasi Deo bello indicere, & per superbam illam molem tamquam per scalas in caelum conscendere tentauit, Deus ad disturbandum impotentissimi tyranni conatum, vnicam illam linguam in septuaginta alias penitus inter se dissonas, diuisit (l) primogeniam vero in Heberis, qui Noe erat filius, & Deum sincere celebrabat, familia conseruauit, a quo postea Hebraea siue

Hebraica dici coepit. Eodem modo antequam noui illi Apostoli, Ochinus, Gentilis, Alciatus & alij Babylonis operarij, in Sarmaticas illas regiones venissent, vna tantum, nempe Catholica religio in Polonia, Transyluania, Hungaria, VValachia, Moldauia vigeat; omnes Catholico ritu sacra eodem modo faciebant, & sub Romanae Ecclesiae viuebant obedientia: a qua postquam illi se subduxissent, ea quam videmus variarum haereson monstra, & infelicia religionis dissidia exhiberent, sic vt haeretici quidem in varias sectas distracti sint, vera autem religio penes Noe posteros, id est, fideles ac Deum merentes, tum maiorum vestigijs insistentes, incorrupta permaneret. Franciscus Lisanus monachus apostata (qui postea ad Alcoranum doctrinam suam conformauit) mutationibus illis & nouitatibus non leuem causam dedit, non tam Noui Euangelij studio quam feminae cuiusdam amore, cuius consuetudine utebatur, Apocalypticæ Locustæ figuram exacte in se referens, nempe faciem mulierum. Quid multis? Nullus vmquam in toto terrarum orbe angulus tam fertilis, nullus vterus tam fecundus fuit, quam haeresis in Sarmaticis regionibus, in quibus fertor sectas & religiones quot oppida & pagos reperias. Hoc Hedio ad Melanchthonem scribens centum & viginti octo enumerat: quarum nonnullae tres esse Deos, aliae vnum tantum Deum quidem esse docent, qui nihilominus diuersis modis & formis coluntur: aliae vero (atque vti iam istorum hominum pars non multo esset maxima) nullum Deum esse statuunt, aut si sit, eum tamen humanarum rerum nullam habere curam, sed in ocio beatam vitam agere, credo instar Sardaepali volunt indicare. More hominum perditorum cogitantes cum Ethnicis, nullam Deo esse humanarum rerum curam. Atqui si ita sit: qui sit quæso, vt qui Deos tales esse credunt, ipsorum altaribus non parcant.

Plessæus in Epistola quam ad Galliae regem scripsit De Veritate religionis Christianae contra atheos, conqueritur, *Miserabili hoc tempore impietatem qua antea in occulto tantum mussavit, iam suggestum conscendere, & horrendas contra Deum Euangelium blasphemias effundero.* Hanc ego hominis

Yy 3

con-  
h Vide Bezam epist. 2. 6. i. lib. 1. cap. 2. & lib. 3. Simler. in vita Bullingeri & de act. Dei filio. Schlusfeld. Theol. Calu. lib. 1. Scane de mediat. fol. 38. Caluin admon. ad Polonos, k. Anno 1583. 1. Gen. vi.

confessionem accipio, & ex eo quæro, quando athei illi & Epicurei prodire cœperint? An non, postquam Lutherus, Calvinus, Beza, & ipse quoque Pleſſæus primævam fidem convulserunt, anno quando illi puteum abyſſi aperuerunt, nempe credendi & vivendi uti placet libertatē? His querelis nihil frequentius in pseudo evangelicorum libris occurrit, ut apud Galium in libro I. de Anabaptistarum erroribus, apud Corvinum in dialogis, & Hedionis ad Melanchtonem epistola videre est; quorum hic aperte queritur, Novos illos Evangelicos incitato cursu ad atheismum ferri. Idem ait, *Papatum iam reiici, sed interim vix quemquam Christianis digna opera facere, adeoque omnem sere Dei memoriam & reverentiam ex hominum cordibus esse evulsam.* Ad quam impietate vero devenit fuerit, ex sequenti patet narratione. *Non procul à Cassovia Predicans quidam (cuius sectæ fuerit, non addo, quum Relcius (m) quoque, à quo ista accipi miſerit) convocatis aliquot sua farina hominibus, & testibus baptismi (quos Compates & Commates vulgo vocamus) accitis, omnibus qua in Romana Ecclesia adhiberi solent, adhibitis verbis & ceremonijs porcum baptizavit. Alius quidam quum Cœnam distribuenti panis deesset, libum communicantibus porrexit, Romantij in Delphinatu ij qui Reformati dicuntur, vitulum in Quadragesima publice baptizaverunt, & pro vitulo Lupum piscem appellaverunt. Sturmij quidem Evangelicæ suæ religionis in totamque diversas sectas distractionem in libro de invidia concordia deplorans, vaticinatur, nisi Evangelici Principes suam interponant auctoritatem, & dissidia illa exstinxerint, caveri non posse quin mille nova quotidie hæreses inter Evangelicos emergant, eandemque fortunam Europam, quam Asia, Africa & Græcia subituram; aditu iam iam ad Mahumetismum quam atheismum patefacto.* Negari sane non potest, multas Novorum istorum hæreticorum opiniones Alcorano seu Mahumetis delirijs valde esse adlines. *Turca enim ex Mahumetis præscripto, unum Deum esse credunt; sed Trinitatem in unitate negant. Idem Iesum Christum pro varaci Propheta, & homine, à peccatis immuni, è Maria Virgine sine peccati labenato habent: quam solam unam cum Iesu filio, ex omni Adami progenie à Sathana intactam fuisse, Mahumetes in Azovæ 66. ait.* Idem inquit, (n) Christum ad dexteram Dei in cœlu collocatum sedere, unde olim ad generale iudicium venturus sit. Ad personam Salvatoris certè quod attinet, complures hæretici è Lutheranis progessi,

idem cum Turcis sentiunt. Exstat Hieronymi Zanchij olim in Palatinatu theologi liber, De tribus Elohim & uno Iehova, ubi pulchra illa dogmata leguntur. *Ite iam, Ite maledicti atque abominabiles mortales, qui vestra libertate nihil credendi licentiam publice omnibus proposuistis, & veram à vobis religionem denuo productam, Papatumque destructam; ac Lutherum & qui post ipsum exstiterunt, singulari divini Spiritus radio & occultorum hætenus mysteriorum cognitione collustratos fuisse non minus vane quam ridiculo iactitate.* In Polonia quidem & vicinis regionibus tabulæ quædam siue picturæ circumlatæ sunt, quibus Papatus ruina depicta effigebatur, templo quodam depicto, cuius tectum Lutherus in culmine sedens demolitur, & rudera deiicit, Zuinglius vero & Calvinus muros ardent. At Georgius Paulus Blaudarus & alij istorum similes hgonibus fundamenta suffodiunt atque funditus evertunt.

V. Tanto rum dissidiorum & confusionum culpam Calvinistæ (de quorum doctrina & moribus fufe in hoc Opere tractabitur) Lutheranis, hi contra Calvinistis impurant, qui sub Euangelii prætextu, Arrianas, & Mahumetanas impietates spargant. Qua culpa ipsos non carere inde suspicari quis potest, quod Transylvani quidam & Rasciani litteras ad Mahumetana legis interpretem siue Talismanum Constantinopolim miserunt, quibus de ceremonijs Turcicæ circumcisionis erudiri petunt, eandem in Poloniam intraducturi. Iacobus Andreæ Lutheranus theologus & Tubingenſis Vniuersitatis Cancellarius, Mirum non esse, scribit, quod multi in Polonia, Transylvania & Hungaria Calvinista Arriani, quidam etiam Mahumetani & Turca facti sint, quibus Calvinus doctrina sua latam iam dudum patefecerit fenestram. Auctot vero historix Augustanæ de Cœna Domini, complures Calvinistas, horribili & detestando exemplo, deserto Christianismo ad Turcas defecisse inquit Alij quoque à Petro Statorio Genevæ educato, Arrianismum ex Caluini libris haustum publice prædicatum allegerunt.

Andreas Volanus Lutheri sectator in Parænesi ad Novos Poloniæ Arrianos, eos doctrinam suam Calvinus auctoritate, cuius verba frequenter citent defendere scribit. Quumque initio Calu-

nista  
m In Atheis. de Sacram. Baptismi. n. Azov. s.  
& 31.

nista quidam in Poloniam irrepserunt, Caluinum ab ijs quid de Antitrinitariorum & Arrianorum dogmatis sentiret, rogatum, ita respondisse, ut multo maiores ipsorum animi scrupulos iniecerit. Quorum aliquem in hanc sententiam ad eum scripsisse Stracatus testatur: Audisse se ex multis doctissimis illorum locorum viris, dissertationem ad Pinchonianos missam, à Gallo potius aut Blandrato quam à Caluino profectam videri: nec persuaderi sibi potuisse tot propositiones Arrianam & Eutychanam hæresin, ab ipso in libro Institutionum multis oppugnatam ac refutatam, sapienter Caluino excidisse: neq; umquam hoc crediturum fuisse, nisi alteris literis pro suis illas assereret. Hoc vero non Catholici tantum, verum etiam ij quos illi in Francia Patres suos appellant, & qui in Germania capitales ipso- rum inimici sunt, testantur. Audiamus vnum ex istis, (e) ex Lutheranis Arrianum & ex Arriano Mahumetistam factum, in epistola Anno M. D. LXXIV. die Iunij II. ad Stephanum Gerlachium scripta, & huius contra Danæum libello inserta, sic loquentem: Neminem se vidisse suo tempore Arrianum factum, qui non prius Calvinista fuerit: quales sint Blandratus, Alciatus, Franciscus Daud, Gentilis, Siluanus, alij. Qui ergo ab Arrianismo abherreat, eum à Calvinismo sibi cauere debere. Stacatus vero Lutheranus fratres suos hortatur, ut à Caluini libris legendis abstineant, & imprimis quæ ille de Trinitate, de incarnatione, de Eucharistia, de Baptismo, de Præsentia & Prædestinatione scripsit.

VI. Sed si verum dicere velimus, tam hi vere quam illi Turcis viam ante plane obstructam & inaccessibilem strauerunt. Iosias Simlerus in vita Bullingeri Zuingliani, infamia hac Brentiū, Illyricum & Musculum onerat: interim utriusque Catholicos cum Mahumetanis copulans, & Catholicam religionem cum Musulmannica comparans, sic ut Romanam Pontificem dicant multo infestiorum esse Iesū Christi hostem, quam ipsum Turcam. Quam vero in Azoare XXXVI. legiscent, bona opera meritoria esse ad salutem; & Mahumetem, sequentem id quod ipsa naturæ lex & ratio dicitur, in Azoare XX. asserere, Deū unicuique secundum bona aut mala opera retributum: statim glossas has margini alleuerunt: *Ecce Papistarū doctrinam.* Sic nuper Minister quidam de Caluini schola, epistolæ quam ad Nobilem eiusdem religionis virum scripseram, respondens, Romam eū Mæcha, & Catholicam Ecclesiam cum Tur-

eica comparare non veretur. Verum ut promisso ipsi facto satisfaciam, sequenti capite quosdam nouæ religionis articulos cum Mahumetana conferam, ut appareat, Cardinalem Polum, quum videret Lutheranam doctrinam tam altas agere radices & longe lateque propagari, non sine causa exclamasse: *Ecce Alcorani sementem.* Non equidem illud mihi propositum est, ut vllam personam iniuria afficiam; neque illos ego cum Iudæis aut Turcis, ut illi nos, iuxta æstimabo: quamuis præcipuis ipsorum doctoribus Melanchthoni & Bibliandro Alcorani versionem, in Germania diligenter admodum impressam, debeamus, è qua *Micheas Musulmannus* apud Reginaldum, cum honorifico sane istorum hominum elogio, *magnam Turcica secta accessionem factam gloriatur; quam etiam Præfationibus suis, exornarunt, & lectoribus commendarunt;* licet si verum dicere velimus: in toto Alcorano nihil sit vel verbis elegans, vel sententijs lectum atque argutum, quod lectoris animum detinere possit; sed tetra quædam infinitorum errorum, deliriorum, mendaciorum & blasphemiarum raphodia & colluuiæ: ut merito dici possit, in nullis quæ unquam vsquam prodierunt scriptis, Deum veritatem iudiciorum suorum contra eos qui ad cælestis lumen oculos claudunt, clarius manifestasse, quam in Alcorano. Eundem tamen Lutherus hinc in epistola exornate non dubitauit: in qua inter alia dicit, *si quis ex libro isto Papistarum mores & vitam cum Turcarum vita & moribus comparat, illos his multo deteriores deprehensurum; seque ita putare, Papistam monachum aut clericum ne triduum quidem inser, Turcas viuere posse, quin suam deserturus sit religionem. Tanta sibi videri miraculæ, tot monstrofa abstinentia & disciplina exempla, ut Cathusianis & Benedictinis, si cum istis conferantur, pudorem incutiant. Neque veros Christianos (horrendam blasphemiam, ab ipso Sathana eructatam!) neque ipsum Christum, neque Apostolos, neque Prophetas tanta umquam fecisse.* Hæc Lutherus: ex quibus puto satis apparet, quæ à me hoc loco dicuntur, non ab vlla perturbati animi affectione promanare, sed ab ipsa Veritate dictari; neque me in protrahendis, sed istos in agnoscendis suis erroribus cæcutire. Sanctes quidem & Feuardenius in Caluini & Bezæ scriptis plus quam centum Arrianismos notarunt. Equidem hanc hæreson inter se collationem lubenter missam facerem (Mahumetis-

meritum enim & ipse hæresis est inter Christianos nata non minus quam Lutheranismus nisi viderer illos silentium meum pro sua hac in re victoria interpretaturos. Agedum igitur pedem Novorum Evangelicorum & Reformatorum cum pede Mahometano conferamus.

## COMPARATIO NOVÆ EVANGELICÆ DOCTRINÆ CUM MAHOMETANA.

### CAPUT IX.

#### ARGUMENTUM.

- I. Complures novi Evangelij articuli Alcorano sunt conformes.
- II. De Turcico quodam, qui Tolosa in Gallia fuit Legato.
- III. Amurathes Turcarum Imperator à Christianis non alieno est animo.
- IV. Narratio de Gallico apud Turcarum regem Oratore.

**Q**UEMADMODUM infelix ille Sergius monachus apostata præcipuum fuit Mahometanæ instauratæ superstitionis instrumentum: sic Lutherus excucullatus monachus nostro tempore præcipuus fuit auctor schismatis omniumque hæreseon, quæ Christianam Rempublicam tanto opere affligerunt Et quemadmodum ad Mahometana libertatis explicata signa monachi, ut Bibliander scribit, sturnatim conuolarunt; sic ad Lutherum magna apostaticorum turba se adiunxit. Et ut Turcæ, Muslimanni, id est (ut Postellus interpretatur) *ve vi fideles* dici voluerit: sic Lutherani Evangelicos sese appellarunt, quasi ipsi soli scilicet Evangelicam doctrinam sequerentur, quamuis etiam Catholici sub fidelium censerentur nomine Lutherani quidem nihil maiori in prece habere se iactant quam Evangelium, quod eorum quisque pro suo interpretatur lubitu; Turcæ similiter Evangelium sive Novi Testamenti libros summo in honore habent, in quibus suum iuveniunt Messiam: ac si quis Novi Testamenti libros ipsis exhibeat, eosdem deosculari, capiti imponunt: quod inter ipsos maximæ est reuerentiæ genus, (quo etiam magpates in Gallia, si quando litteras à Rege acceperint, vtuntur, &

in hoc quidem nostros Evangelicos Turcæ præcedunt. Henrico quidem Albretano Nauaræ regi nullæ unquam à rege missæ, fuerunt litteræ exhibitæ, quas non ille statim deoscularatus, capiti imposuerit, his verbis additis: *Deus Regem Dominum meum conferuet!*

Mahumetes nouam suam legem Arabibus annuncians, verum se Evangelium afferre iactauit, ut qui à Spiritu S. illustratus, & ad hoc tamquam Elnabi, id est, verus Propheta esset, Lutherus quoque nouam suam doctrinam in Germania spargere incipiens, Evangelistam se à Deo ad interpretanda fides mysteria missum dixit, impudenter iactans: antequam ipse aduenisset, Mundum quid Christus esset nesciisse. Mahumetis discipuli missionem suam ex Scriptura probant, XVIII. Deuteronomij, XI. Matthæi & VII. Lucæ capita allegantes Lutherani similiter ad stabilendam magistri sui legem, miseris hominibus perluadent, ipsum stellam illam esse, de qua S. Ioannes Apostolus in Apocal. loquitur: (n) quemadmodum Adrianus quoque fecit, ab Antinoo suo fasciatus, esse scilicet illam stellam quam cælum in Mahumetu produxerit fauorem. Mahumetes sub Gregorij Magni Pontificatu emergens, aiebat Ecclesiam ab Antichristo infessam, & Evangelium quod Iesus Christus Deinuncius, & Virginis filius attulerat esse corruptum. Lutherus multis sæculis isto posterior, ait, eodem tempore, nempe Anno DC. & eodem Pontifice, Antichristum, hominem peccati, in Iesu Christi locum sese ingressisse, qui totus tum velut amissus fuerit & in occulto latuerit. Mahumetes inquit, Deum initio quidem Moſen, deinde Christum sapientiam Patris ac Messiam in mundum hunc misisse, ut saluificam legem hominibus proponerent; quum vero lex illa à Christianis proculcari inciperet se à Deo allegatum esse, qui Mundum non amplius verbo & præceptis, sed ferro & viribus aggrederetur, & de nefario prioris legis consensu vltionem exposceret. Idem Lutherus dicit, se scilicet in idà Deo missum, ut Christianos, idololatria immersos abyſſo ac plane perditos puniret. Ecce quomodo vterque eadem velut manu & eodem tempore Antichristum in S. Petri sede collocent, ac populo persuadere conentur, Deum Ecclesiam charissimam suam sponsam, velut adulteram ac mille modis prostitutam deseruisse. Mahumetana secta armis introducta ac propagata, solis armis ac vi nitebitur (hinc etiam Imperatori Turcarum Mosqueram

hinc etiam Imperatori Turcarum Mosqueram sue  
a Credo 22. cap. v 16. nam alia singulariter ibi. stella vocata infansium quid sonant.

sive templum ingrediendi Talismanus, id est, Mahumetanae legis interpretis occurrit, & alta voce verba ista inclamat: *Memineris, domine, imperium armis esse acquisitum, & armis conservari atque propagari oportere. Nova religio unde quaeso, nisi ex insidijs, seditionibus & bellis inisum habuit? Evangelij prima semina, ait quidam seditionum in Fræcia non postremus auctor, in campis Druydenibus, ubi cruentissima illa praelia commissa sunt, sparsa esse.* Mahumetes ex sua religione omnia sacrificia sustulit, contra communem Naturæ instinctum, quæ docet, Deo non interiore modo, sed etiam exteriorem quandam oblationem deberi. Sic & nova religio non sine blasphemia, omne sacrificium exterminavit. Annon admirabilis in eo elucet Dei providentia, tam Mahumetem quam alios Ecclesiæ rebelles ita excæcatis, ut religionis omnium sacrificio destitutæ fuerint auctores? Eius enim sacrificij intituitione quod Jesus Christus Christianis reliquit & præscripsit, omnibus alijs sacrificijs quæ extra Ecclesiam fiunt, finem imponere voluit. Tres hodie sunt religiones quæ verum Deum adorant, Judæica Mahumetana & Christiana. Prima sacrificare non potest, destructo templo in quo solo Deus, sacrificari sibi iusserat. Secunda sacrificium nullum habet aut agnoscit. Tertia sola, Catholica nimirum religio sacrificium conservavit, & quotidie frequentat. Hoc quidem argumentum Venerabilis Beda contra hæreticum, Missam sacrificium esse negantem, usus est, in hunc modum disputans: *Miser homo, quid facis? Annon vides, si Missa sacrificium non sit, te Deum præcipuo honore & officio, quod ipsi tamquam coeli & terræ Creatori debemus, spoliare? Si enim Christiani Deo non sacrificent, nullum omnino erit sacrificium: quum nec Turca, nec Judæus, sed soli veri Christiani Deo sacrificare possint, illi qui ppe diabolo sacrificant. Sed ad alios quoque utriusque, Mahumetanae scilicet & novæ Evangelicæ doctrinæ articulos transeamus.*

Turcæ fato quosdam & prædestinata fortuna omnia fieri credunt. Similiter novi Evangelici, Stoicæ quandam prædestinationem invexerunt. Mahumetana religio Baptismum deseratur, & parvulis etiam non circumcisis cælum aperit: Lutherus quoque Baptismum despiciatui habet, ad salutem non necessarium esse docet, & infantes etiam non Baptizatos vult salvari. Mahumetani nullum peccatum originale esse credunt. Lutherus quoque labem illam quam è matris utero in hunc Mundum afferimus, contemnit. Zuinglius non peccatum, sed morbum quandam, velut famem, sitim

& alias infirmitates esse dicit: eoque nihil posse dici inopertius, quam morbum istum per Baptismum tolli; & ob peccatum originale infantes cælesti gloria privari. Annon ex Alcorano tibi doctrina hæc videtur hausta? Quid hoc aliud est quam Turcarum & Paganorum colonias in cælum inducere. Quia enim solum peccatum cælos occludit, nec quicquam obest baptismi defectus, sequitur sane infantes & Turcas & infideles sine peccato mortuos, dignos esse cæli inquilinos. Sic Micheas Musulmannus, contra Saumelem Anglum apud Reginaldum argumentatur, in hoc sibi valde gratulans, quod nova Evangelicorum religio Turcarum & infidelium infantes regni Dei non excludat, uti veteris religio Papistarum. Mahumetes, ut videre est in Azoare IV. in Eucharistiam quendam occultam & secretam esse concedit; sic Lutherus quoque Christo suo impanato latentem quandam tribuit virtutem, moleste ferens, ut ipse fatetur, quod realem Corporis Christi in hoc Sacramento præsentiam cum Carolstadio, non plane tollere aut negare possit. Mahumetani in omnibus sacris & precationibus nulla fere alia ceremonia utuntur, quam quod Davidis Psalmos vulgari lingua, ac præsertim in castris sub vesperam omnibus diebus Psalmum sexagesimum decantant. Hæc una item & sola ceremonia apud novæ religionis homines usurpatur. Mahumetes omnia religionis suæ capita rythmis vulgaribus descripta proponi iussit, ut vulgus cantus dulcedine tanto magis alliceretur. Hæc eadem astutia novæ religionis instauratores usi sunt, regij vatis Psalterio versibus & rhythmis, ut tam gustum quam speciem aliquam religioni suæ conciliarent, descripto. Mahumetes omnibus quæ occupaverat locis, Christiana militia insignia, Cruces scilicet, sustulit & delevit. Idem fecerunt, novi Evangelici, & imprimis posteriores, prædecessoribus ipsorum Lutheranis multo deteriores. Primus quæ Mahumetes ad religionem suam pertraxit, servus fuit sive mancipium, cui libertatem ille promiserat, si in ipsum vellet credere. Primi quoque ac præcipui quæ superiori & nostro tempore exstiterunt, hæreseon auctores, vilia suæ ventris mancipia, quæ libertatis desiderio monasteriorum muros transilierunt. Mahumetes noluit, ut cuiquam religionis causa vis adferretur. Qui vero primas Lutheranismi fores aperuit, quæ eiusdem libertatis seu licentia amans; quum Lutherus aperte dicat, datam omnibus à Naturâ esse libertatem credendi quod quisque velit. Mahumetes omnia altaria à Mosqueis seu templis suis præscripsit. Eadem Novi



qui post Lutherum venerunt Euangelici ubique demoliti sunt, profanis mensis in horreis, ubi conciones, suas habent, contentis Mahumetes tam supremo Pontifici quem Muphti vocant, quam ceteris legis sua interpretibus uxores ducendis fesis potestatem. Idem Lutherus Pfarrerus & Helfferus, id est parochus & diaconus, ut & Superintendentibus sua religionis non permittit tantum, verum etiam quodammodo praecipit, ut castitatis vota non aliter quam diabolum fugiant & deserentur. Apud Turcas ministri Sacrorum à laici nihil differunt: nam & uxores habent, & communi cum alijs vtuntur vestitu, & mechanicas etiam artes exercent. Sic apud nostros A catholicos Pradicantes nulla re ab alijs hominum ordinibus distinguuntur. Turcica religionis interpretes siue theologi, quos Alsaces appellat, nulla alia quam vulgari lingua vtuntur. Idem in noua sic religione. Mahumetes ait, impossibile esse homini à seminarum consuetudine abstinere: eoque suos ternas aut quaternas ducere iubet, dummodo non sit metus ne illa se mutuis plagis concidant. Quam alia Lutheri fuit theologia, supra libro III. à nobis explicata, aperte dicentis, polygamiam in Euangelio non esse prohibitam. Mahumetes si vir alicuius ex uxoribus consuetudinem ferre non possit, dimittere eam iubet, eiusque loco aliquam qua placeat superinducere (a) sic vt apud Turcas nec minus mira nec minus frequens vxorum sit repudiatio, quam apud nos familiarum mutatio. Quid? (b) Qui vel qua, inquit, cum uxore aut marito viuere aut in gratiam redire non potest, alibi matrimonium sibi quarat, neque enim id Deus prohibuit. Et Bucerus, non minus nobis quam Iudaeis permissum esse dicit, diuortium facere, & aliam ducere uxorem aut maritum (c) Mahumetes ieiunium Quadragesimale ab Ecclesia non minus pie institutum quam diligenter hactenus seruatum, aboluit, proque eo alia suo arbitratu ieiunia instituit. Idem pseu- d'euangelici nostri non tantum proscripserunt, sed etiam omnem ciborum delectum penitus sustulerunt, interim nescio quam ieiunij umbram ex suo ipsorum cerebro natam conseruantes.

Et quemadmodum omnes Nouae Ecclesiae Doctores, SS. Patrum antiqua Ecclesiae auctoritatem susque deque habent ac desugiunt, non minus ab ipsorum scriptis quam serpentes à vineae odore abhorrentes, vt qui non nisi ex veteris Ecclesiae ruinis nouam suam aedificari posse certo sciunt: sic vafere quoque Mahumetes (d) non ignarus quantum praesae religionis auctoritas & continuata illa successio conatibus suis in noua stabilienda secta obsutura

esset, in Elsurcane suo in hanc erumpit querelam. Si vestri, inquit, maiores, quos Christianos dicitis, stulti fuerunt & obcecati, quid vos, an eos sequi vultis? Quod si secutus, profecto iam omnibus iudis ac mutis, immo ipsis brutis bestiis estis deteriores. Et in Azore XXI sic loquitur: Mihi quidem rectam istis commonstranti viam nihil habent quod obijciant, quam se praedecessorum suorum insistere vestigijs. At quid, si diabolus illos ad inferni ignem abriquit? Quod si nos certiores ipsis & tutiorem sententiam ostendimus, cur eam ingredi recusatis? Prisci enim omnes delirarunt. Numquid placet his gemina, immo eadem Noui nostri Euangelici, Protestantes & Reformati dicunt & scribunt? Zuinglius certe quae sequuntur ex ipso transcripsisse Alcorano videretur (e) Miseri illi, qui Catholicos se dicunt nobis veram legem afferentibus nihil aliud habent quod obijciant, quam Patrum auctoritatem. At si Patres illi homines fuerunt, certe etiam posuerunt errare. Lutherus vero Patres veram Euangelij cognitionem habuisse negat. Eam à se demum prolatam (f) Se quidem in Sancti Ambrosii, Sancti Hieronymi, Sancti Augustini & aliorum praesae Ecclesiae Doctorum scriptis praetiosam aliquam gemmam quatenus, nihil fere aliud quam palas, & in Conciliorum volumina carbones reperire. Quod si quis Patrum istorum sibi opponat auctoritatem, nihil aliud se ei responsum, quam si Sanctus Cyprianus, Ambrosius, Augustinus, immo ipsi Apostoli, Dinius Paulus, Petrus & Ioannes aliud docuerint, ipsos errasse. Se enim certum esse, doctrinam suam ab ipso Deo esse profectam. Ergo & Luthero credimus, etiam Propheta delirauit, quando nos ita admonet: (g) State super vias, & videte & interrogate de semitis antiquis, qua sit via bona, & ambulata in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris. Sed iam alia quoque duatum istarum religionum dogmata inter se comparatemus.

Quid noui Euangelici de Sanctorum inuocatione doceant, notum est, nimirum eam non modo non licitam, sed etiam detestabilem esse, vt qua honor Deo debitus praecipitur. In Praecationum sane quibus.

a Azore 8. b In Gen. c. 16. Bel. lib. 3. cap. 10. Luth. 5. in 1. Cor. cap. 1. fol. 4. &c. c in Matth. cap. 18. d Azore 13. & 19. e Zuing. Tom. 1. Exp. Act. 64. f Luther, Tom. 5. ad Gal. c. 1. g Ierem. 6.

bus veniunt formulis, nullam inuenias ad Iesum, Christum, multo minus ad Spiritum sanctum, specialiter directam. Iam Mahumetem audiamus eadem de re in Azoare XLIX. sic loquentem: Tu solum Deum sine ulla intermissione & integro corde inuocato, qui veram tibi prescripsit legem. Hic quidem eos qui preces suas ad alios dirigunt, impunitos non dimittet. Christianis etiam exprobrat, quod tres initio Deos, deinde mille & mille adorarint (sic enim Sanctos appellat, quorum memoriam celebramus.) Idem sæculi nostri Reformatores nobis obijciunt, nimirum tam Sanctam Virginem. Desperam quam Sanctos à nobis pro Diis haberi. Mahumetes Christianos ait, Virginem Mariam tamquam Deam colere. O Iesu Maria fili (inquit nequissimus impostor) tu quidem hominibus persuasisti, ut & te & matrem tuam tamquam duos deos reuererentur & adorarent. Quod tamquam egregie dictum Theodorus Bibliander Lutheranus in Commentariis suis in Alcoranum notare non neglexit. Mahumetes Christianos Catholicos vocat idololatrias, inquit, Deum istos imaginum cultores seu adoratores puniturum: quoniam dii isti nec vitam nec vllum sensum habeant. Sectarij contra Catholicos nihil quam idem conuicium in ore frequentius habent. Ille dicit, imagines à nobis & statuas tamquam deos adorari; hi salutem nos ab ijdem petere calumniantur. Et hanc quidem lectionem vtrisque a spiritu illo mendacij & tenebrarum didicerunt. Postrema Lutheri propago, & veluti nepotes, Iesu Christi & Sanctorum imagines ita detestantur, ut eas non modo passim deiecerint & confregerint, verum etiam contumeliose ad eloacas raptae & cremarint. Idem Turcæ faciunt. Quum enim Ochialis Bassa rei maritimæ apud Turcas præfectus, tres insignes naues, atque inter eas prætoriam quoque, quod hæctenas nunquam factum (Catharinetta enim quam Dragutes ante ceperat, parui erat momenti) Meliten-sibus Equitibus ereptas, Algerium abduxisset, Turcæ præciosam admodum D. Ioannis statuam, que in puppi sieserat, publice suspenderunt, vti etiam nunc ibidem videtur. Mahumetes (testante Postello in libro de noui Evangelij & Alcorani concordia) multa S. scriptura loca truncavit ac deleuit. Lutherus similiter non unum & alterum dictum, sed integros libros de S. scriptura numero sustulit, vt libro III. à nobis est demonstratum. Mahumetes Azoare XIX. nos accusat quod Papas nostros seu Pontifices maximos adoramus. Idem Lutherus dicit,

simplicioribus persuadens, Papam à nobis in altari collocatum, tamquam Deum adorari, ac saltem potestatem ei tribui qua infernum aperire, & animas inde educere possit: Et si alia non minus putida ab ipso nobis obijciuntur. Impostor ille in toto suo Elfurcane nihil inculcat frequentius quam Dei misericordiam, iustitiam vero vix verbo attingit. Deum ait, patrem esse indulgentissimum. Quis quis crederis, saluum fore. Quid noui nostri Evangelistæ, annon Solam quoque fidem ad salutem sufficere dicunt? Lutherus certe aperte ait, ex omnibus vitijis solam incredulitatem damnationem adferre. O felices Christianos, qui modo credunt, damnari non possunt? In nouis istis Synagogis vides plerosque linguas ardentes, & manibus torpentes, id est, verbis quidem bona opera iactantes, sed interim nihil eorum agentis. Libertatem, seu viuendi & quidquid placuisse agendi licentiam à Mahumete propositam, sansam populorum multitudinem Mahumetana secta adiunxisse Paulus Diaconus testatur (h) sic vt integra nationes exturbatis prioribus dominis, ad ipsum defererint. Eadem licentia Lutheranismum portam quam latissimam aperuit, & subditos contra dominos armauit. Vtriusque sane sectæ constitutio multo sanguine constitit. Et sicut Mahumetana secta in sexaginta octo alias diuisa quidem est, duas tamen præcipuas & velut radices agnoscit, quarum vna Lesarium hominem Arabem auctorem habet, & totam Africam, Ægyptum, Syriam & Turciam occupauit; altera vero Imedium quendam, à Persarum Sophi recepta, & vi armorum, cum extrema fere Asiæ pernicie, longe lateque propagata: sic posterioris huius schismatis præter innumeras duas præcipuas sectæ sunt, Lutherana & Caluinistica; è quibus plures quam sexages centum aliz pullularunt. Quum Arabes missis ad Mahumetem legatis petissent, vt regionem ipsorum natura sterilem montibusque asperam planam faceret, & fluminibus ac rivis secunda irrigaret, atque ita hoc miraculo legem à se propositam confirmaret, aut è priscis illis Prophetis & doctoribus aliquem resuscitaret, qui testimonio suo Mahumetana doctrina fidem adstrueret; impostor ille respondit, Deum à se has de re consultum, sic respondere ipsis iussisse: iam olim se Prophetas & doctores misisse, qui miraculis doctrinam suam confirmarint; verum eandem posthac non miracula aut ver-

Zz 2

bis, sed

h Libro 8.

bu, sed armis propagandam esse, è medio sublati ijs qui adiungere se ei nolunt. Lutherus vrgentibus Catholicis vt doctrinã suã veritatem miraculo demonstratã et, nihil aliud respondit, quam quod Mahumetem respondisse diximus, nimirum, Miracula faciendi tempus iam dudum præterisse. Idem alio loco sectatores suos in Catholicorum sanguine, manus lauare iubet, vt supra ostendimus. Verum enim vero quanta similitudo & conuenientia, sit Mahumetanã & Calvinianã religionis, ipsius Calviniani Ministri, vt a P. Possenino describitur, testimonium audiamus, qui quum præfectum Turcarum vrgeret, vt sectã ipse suã captiuis Christianis sine periculo posset exponere, asseribat suum, id est harcticorum Euangelium Corano siue Mahumeris legi non adeo esse dissimile. Sanctorum enim aiebat, qui sunt in cœlis & reces, Purgatorum item & alia, vt vos Mahumetani facitis, nos quoque Calviniani negamus. Antiquas Bibliothecas & Synagogarum memoriam, vt vos fecistis, ipsarum sustulimus. Plures vos Mahumetani uxores & concubinas ducitis: & nos Calviniani mulierem, superflite licet marito, posse seiungi, & cum alio viro coniungi, alteram licet hic habeat uxorem, non ita ingens facinus arbitramur. Sacraia templaque in Synagogas seu Moscheas mutastis, aut destruxistis: nos quoque sacraijs direptis eadem vel in nostra Consistoria, vel in equorũ stabula, vel armamentaria conuertimus, vel deniq; solo æquauimus. Virginitatem voueant inter vos nulli sunt, nec qui virginitatem voueant inter vos habetis: nos quoque antiquissima eiusmodi monasteria euertimus. Conscientia libertatem unicuique in vestris ciuitatibus permittitis: hanc nos quoque & a Regibus & a Rebus publicis vel armata manu extorquemus: Ad hæc scribens Bassa, Quin, ait, iam vos Calvinianos & nos eosdem breuis futuros video, nisi quid relicto nobis aqua potu, vos tamen vinum omnino retinere, eoque ebriari voleris. Huc vsque Posseninus. Et hæcenus quidem, quæ sit Lutheranismum cum Alcorano similitudo & conformitas, aliquo modo ostendimus; quibus si Calvinismus interponatur, facile duæ illæ inter se religiones velut maritari & in vnum consisti poterunt. Hæc tanto prolixius enarrare volui, quod opusculum eius argumenti à magno illo linguarum doctore Genebrardo promissum, post mortem eius imperfectum manferit, certe nondum typis sit diuulgatum.

II Ego quum Anno M.D.LXV. Tolosæ litteris operam darem, & è Turchia Legatus ad Carolum

IX. Baionam profecturus, eò venisset, curiositate quadam hospitium ipsius adij, & per interpretem cum honoratoribus aliquot ciuibus loquentem offendi. Quum vero inter alia quæri iussisset, verum inter præsentem aliqui essent nouæ religioni addicti; Agestus vero vir nobilis Burdigalensis, vicissim quæsiisset, cur isthoc scire expeteret? Equidem, aiebat, homines istos libenter videre velim, vt etiam alibi feci: quos certe nos plus quam reliquos Christianos amamus non solum eò quod Papam capitalem domini nostri hostem, capitaliter & ipsi oderunt, sed etiam, quia religio ipsorum ad nostram propius accedit. Quod dictum inter Tolosanum postea omnium sermonibus celebratum fuit, adeo vt Noui isti Euangelici, Turcæ passim à vulgo dicerentur. Quum deinde superioribus anois naues quædam ex magna illa ad Angliam subiugandam armata Hispanorum classe in litore nostro naufragium fecissent, & remiges quidam Turcæ è naufragio eluctati ad nos tamquam ad tutum libertatis & salutis asylum confugissent, ego duorum ex ijs qui supra geteros sapere videbantur consuetudinem mihi adiunxi, eosque de fide ipsorum diligenter sum percortatus. In omni vero sermone tantam opinionum in Christiana religione varietatem mihi obieiebant, ad nouam tamen quam veterem religionem procliuiores, quod hæc impossibilia credenda præcipere dicerent: in hoc reformatoribus nostris plane gemini, quod nihil nisi quod oculis videri, aut manibus tangi, vel intellectu saltem comprehendi potest, credere volunt. Illud sane intellexi, pro eo quem in trirēibus obtinuerant loco, nimio plus ipsos in religione sapuisse; vt qui forte ibidem, frustratis Inquisitoribus, Lutherano aliquo ductore vsi sint.

Franciscum & Ægidium Noallios, quorum vterque apud Turcarum Imperatorem regis nostri nomine Oratoris officio functus fuerat, narrantes audiui, Mehemetem purpuratorum principem, & Mustapham Bassam eum qui Cyprum expugnauit, sæpe apud ipsos de rigore, quo rex noster erga subditos suos in religionis negotio vteretur, conquestos esse, dicentes: Debere regem in hoc potius sui domini imitari exemplum, omnibus tam Christianis quam Iudæis, modo tributum soluant; tunc conscientia quam religionis cuique sua exercitium permittentis. Postquam vero intellexerint, Non è istius religionis socios vt plurimum rebelles esse & seditionos, regis consilium laudasse, potius quam damnasse. Sicut quidem hominum aiebant pro symbolo his verba vti:

Aus:

*Aut moriendum, aut obediendum? hancque legem ab omni Principe inuiolabilem esse seruandam.* Et sane Mehemetes idem non poterat ignorare, quæ domini sui Solimanni, cuius præcipua negotia tractarar, fuerit sententia, Quodque consilium ille Reginae Isabella contra Nouos Euangelicos, qui in gratiam ipsius se insinuare, & in Hungaria sedem sibi querere satagebant, redderit, quamque ab omni Nouitate abhorruerit. E sermonibus vero cum Basis illis non semel habitis facile Legati nostri intellexerunt, illos controuersiarum quæ inter nos sunt de Religione, non plane fuisse ignaros; & ad ea etiam loca peruenisse eorum hominum querelas, qui tanta contentione libertatem religionis à Principibus extorquere conantur quam eandem tamen ijs in locis, ubi numero & viribus prævalent, ipsi alijs negant. Idem porro omnes testantur, qui regiones istas perlustrarunt. Turcicus vero ad Poloniae regem Legatus, Sacramentariorum causam strenue egit & defendit; ingenue falsus, eorum doctrinam magno domino non displicere, tanquam à Mahumetana non valde abhorretem. Idem Surius, Possevinus in atheismis, & Schlüsselburgius libro primo Theologiæ Calvinisticæ, immo ipse Petrus Martyr testantur; ut quidem iam dictus Schlüsselburgius in epistola quadam scriptum reliquit. Narrat enim, quum Sultano aliquando diuersa Christianorum de Eucharistiæ Sacramento sententiæ explicarentur, eum statim Sacramentariorum opinioni tanquam magis probabili, suam adiecisse calculum. Ut enim hæretici, ita Mahumetani quoque, cœlestia & diuina mysteria humanæ rationi accommodare, & secundum hanc de ijs pronuntiare solent Londini in Anglia Anno M. D. LXXXIX. libellus prodijt, à quodam, quem Angliæ regina ab Maroci regem Mahumetanam legarat, editus. In eo auctor dicit, à rege illo magnifice admodum & summa cum gratulatione se exceptum: primo statim die mandata exponere iussum fuisse, quum Hispaniarum Regis Legatus viginti diebus audientiam vix impetrare potuerit. Et Mahumetannim quidem illum Principem aperte præ se tulisse, se tam Hispaniarum regem quam religionem ipsius odisse, eò quod in ea Inquisitionis sue: Episcoporum & Prælatorum consilio & præscripto videretur. Addit idem, Principem illum Dei esse timentem, in libris Veteris & Noui Testamenti bene versatum; Anglicana vero tam nationis quam religionis, vix potè nulla ferentis schola, præ ceteris amantem. Hoc ille Anglicus seu

Caluinianus scriptor elogio in fidelem Principem, & Christiano nomini inimicum cohortatur; & quidem non sine graui Catholici Regi contumelia. Quo vero fauore Turcarum Imperator Sacramentarios prosequutus sit, quidque de ipsorum senserit religione, sequens Narratio ostendit.

III. Solimanno filius successit Selimus, homo ebriolus & ignauus, qui vix quidquam in vita laude dignum fecit, nisi illud forte quod eum qui fratrem Mustapham natu maiorem patris iussu strangulatum, ipsi lætabundus nunciarat, necatus fuit. Ex hoc natus filius Amurathes, naturæ quodam instinctu Christianos amabat, adeo ut secreta quadam vi Christiana fides ei inspirari videretur; quam fortassis à matre hauserat. Hæc enim Cypria natione, in captiuitatem abducta, & Setimo obraram formæ excellentiam donata, quamuis arcta custodia teneretur, eam tamen religionem cui per baptismum inserta fuerat, animo penitus infixam semper seruauit. A Selimo deinde in matrimonium ducta, hanc, quem diximus, Amurathem ei genuit; cui paruulo occultis sermonibus Christianæ religionis amorem instillare, quantum poterat, conabatur. Ex quo factum est, ut ille hoc modo educatus, & gaudior factus, animum à Christianis minime alienum gesserit, nec ab ipsorum libris legendis abhorreret; vitium vero illud deterrimum & abominabile, cui patetantopere indulserat, vehementer detestaretur. Numquam tamen, ut nec avus ipsius Solimannus induci potuit, ut inter Christianos qui in ipsius viuunt imperio Nouæ illi religioni, quantum Mahumetanae non ita dissimili, sed rebellionis infamia laboranti, locum daret; e contra vero ferus se emancipijs Catholicis non modo liberum religionis suæ permittebat exercitium (in regio enim illo ergastulo, in quo plerumque duæ aurtria captiuorum millia detinentur, licet illis sacerdotes eligere, erigere altaria, processiones, aliasque in Catholica Ecclesia vsitatas ceremonias obire, pecuniam denique ad diuini seruitij sumtus colligere) verum etiam elemosynas sæpe eis mittebat, præns ut Deum pro se deprecarentur. Numquam idem Amurathes bellum contra Christianos voluit suscipere, quamuis à scelerato illo apostata Sinane Bassa assidue impelleretur, inquitens: *velle se ut omnes vicinarum regionum, id est Christiani, & lupi sui sint*

Zk. 3;

Turca

*Turca unà pascantur, & eodem ouili includantur.* Sic ergo Sinane ad Persicum bellum ablegato (quod ille, quamuis non sine magna hominum clade, feliciter postea confecit) Christiano orbi à Turcis pax fuit. Nihil vero Amurathi magis obstitit quo minus Christianam amplexus fuerit religionem, quam infelix illud & multiplex schisma, de quo non à matre tantum, sed etiam ab vxore (quæ itidem erat Christiana) audierat. Certe à solius Principis conuersione totum illud Imperiū dependet, quum insitata Christianorum tam Græcæ quam Romanæ religionis multitudo in eo habitet; & præcipui militiæ duces Vezires, Bassæ, Beglerbegi, Sangiachi, Spachi vt vocantur, alique aulæ officarij plerique omnes Christiani olim fuerint, ad Mahumetanam religionem spe honorum & diuitiarum allecti, & eorundem vsu & fructu hætenus in ea detenti.

In bellicosa enim hac natione sola virtus, ac præcipue militaris fortitudo nobilitatem parere censetur. Bubulco, caprimulgo, vel infimo sellulariæque patet per fortia militiæ facinora ad summos honores aditus, quam nobilissimo cuique: vt Solimanno & Selimo imperantibus contigisse videmus. *Mehemetes*, qui in Bosnia captiuium pastor fuerat, non modo primus purpuratorum (Vezirem vocant) sed etiam gener Selimi Imperatoris fuit factus. *Ochialis* è Calabria subulcus, Algerij regnum & maris præfecturam adeptus: à Turcis postea *Ochiali Fertis*, id est, *Ochialis scabiosus* appellatus, quod quum à Turcis captus esset, eo vicio laborasset. *Afanaga Bassa* Veneti chirurgi fuit filius. *Aramapates* è mesonauta Alexandriuo Cypri præses factus est. *Ibrahimus Algerij Rex* Galus natione, rultici in Vasconia fuit filius. Plures alios omitto, qui abnegata Christiana religione, postquam rebus bello fortiter gestis magnam sibi virtutis opinionem pepererunt, ad summos honorum gradus à Turcarum Imperatoribus sunt euecti: Quod si quis obiiciat, *Mamaluchos illos sine apostatas ipsis Turcis esse peiores*, non tamen opinor, negabit fieri non posse quin aliqua eius, quam honorum & diuitiarum cupiditate abnegarunt, fidei memoria animis eorum adhuc infixæ hæreat, & conscientiam nonnumquam pungat. Quod verotanto Christianorum odio flagrare videntur, eo fit vt veros Musulmannos sese ostendant, atque ita honores & fortunas suas tanto melius tueantur. Id quij in Turcica aula versati sunt, optime norunt. Plures quidem enarrantes audiui, celebrem

illum Bassam & maris præfectum, cuius paullo ante mentionem fecimus, Ochialem, qui Christianam fidem abnegarat, vt alapam à Turca quodam sibi ad temos sedenti insidiam, vlsceretur, Christianis semper fauisse, quam diu ipsi fortuna fuit, & in tam excelso loco & statu ad quem incredibilis eum virtus, fortitudo in primis & liberalitas prouexerat, conseruauit, tandem inter Græcæ puellæ insigni forma præditæ brachia, expletis voluptatibus, defunctum, & precioso ornatu, Christianorum in morem, quatuor cereis ardentibus, in lectulo collocatum. Et hoc quidem in statu Ochialem inuenit is, quem Sultanus morbignarus, ad eum miserat, cum mandatis, vt priuianam ipsius vxorem peregrè abituram comitaretur. Amurathi Mahumetes filius in Imperio successit: sub quo Ochialis, vt equites quosdam nostrates Melitenses & alios captiuos narrantes audiui, festis celebrioribus, captiuus Christianis ac præcipue sacerdotibus non alimenta tantum, sed etiam argentum clam mittere solebat, rogans vt Deum pro se deprecarentur. Grassante vero in vrbe Constantinopolitana horribili peste, idem in palatio suo à Christianis solemnem processionem fieri voluit, in qua S. Rochi imago fuit circumlata cum reliquis apud Christianos vsuatis ceremonijs. Miramur res accidit. Quum enim vix vllus tota vrbe esset angulus quem non contagiosa lues peruassisset, illa tamen ex quingentis captiuus, qui absoluta processione custodij in eodem palatio iterum inclusi fuerant, ne vnum quidem attigit. Plura fortassis quam instituti nostri ratio fert, de homine illo dixi: sed abriperunt me admirabiles eius virtutes, animi in primis magnitudo, & liberalitas, in rebus secundis moderatio, in aduersis constantia, quibus ille plerisque nostri sæculi duces longe est supergressus. Hic infeliciter à Turcis ad Naupactum commissi prælij reliquias recollectit, & in tutum deduxit; & quamuis victus, prætorium Melitensis militiæ vexillum, quasi in victoriæ signum, ad Sulranum misit. Deinde incredibili diligentia restaurata classe, Gulettam illam in expugnabilem creditam arcem expugnauit; & tribus, inter quas & prætoria fuit, captis nauibus, Melitenses equites magna clade affecit. Quotquot familiarius ipsum norunt animo Christianum fuisse dicunt; eoque tres seruos Christianos semper circa se habuisse, vt cum ijs de religione conferret, tum sex aut septem Mamaluchorum, id est, eorum qui à Christiana defecerant religione, milia,

lia, ad omnia quae cumque vellet obeunda paratissimorum. Aiunt in animo eum habuisse, Algerij regnum cuius praefecturam obtinebat, à Turcarum potestate ad Christianos transferre; ex quo ingens sane ad Christianam Rempublicam facta fuisset accessio, quum id regnum ad trecenta fere miliaria pareat; sic ut vnus vrbs & portus occupatione omne illud terrarum spacium in Christianorum potestate futurum fuerit. In secretioribus colloquijs saepe ex ipso auditum fuit, Amurathem magnum aliquid & nec opinatum conari, & si vita suppetat, effecturum. At morte uterque praeventus, quod instituerant perficere nequiverunt. Haec eorumq; am non omnibus obuia, hoc loco breuiter delibare volui, quum vt lectoris animum aliquo modo recrearem, tum vt ostenderem, à solius Imperatoris Turcici siue Sultani conuersione, totius illius Imperij dependere conuersionem. Quae sane mutatio facile accidere potest, in tanta apostatarum Christianorum multitudine qui in eo Imperio degunt, & praecipuam terrarum mari munia administrant; qui vt ante ad captandam gratiam Imperatoris Christianam religionem ei iurauerunt; sic ipso volente libenter ad eandem sint redituri. Hoc quo minus fiat factumve sit, obstitit cum pronissime fieri potuit, sub Amurathe nostra ex Lutheriana perduellio. Atque vt inam ea esset Christianae Reipublicae vnitas & concordia, vt vna lingua, vna fide & conspirantibus animis id à Deo omnes peteremus! Equidem spes esset Deum vota nostra & preces aliquando exauditurum, ac Christianos qui miserimam sub immanibus illis tyrannis seruauat feruiturum, in libertatem deuotestitutum.

IV. Quandoquidem in rerum Orientalium in eidi mentionem, facere non possum, quin Evangelicorum nostrarium in Turcia conatus oculis lectorum subijciam, vt qui Turcici Imperatoris fores non semel pulsauerunt, aditumque petierunt, ad eamque rem Mehemetis purpuratorum Principis (qui postea à Spachio quodam, cui Timariam, id est, praedium beneficium ademerat, interfectus est) intercessionem ex ambire studuerunt. Tanto vero dignior fide quem citabo testis erit, quanto magis ab omni vel adulandi suspitione vel spe utilitatis abest. Quem dico, Aloysius Guetchius est, nobilis Venetus, qui quum esset in senectissima eius Reipublicae apud Selimum Turci-

cum Imperatorem Oratoris familia, sequentem Epistolam ad Senatorem quendam Venetum Bartholomaeum de Rodolphis nomine scripsit, quod aulæ illius statum exponit. Et si vero rebus Septentrionalibus Gallicas immiscete, & Hugonotatum nostrarium (quorum nomen libro IX. demum enatum videbis) natiuitatem & cunabula anticipare quodammodo videbor; prudens tamen lector, vt spero, non propterea me extrauagari, aut ab instituto meo quidquam omnino alienum facere iudicabit.

Inter alia Venetus ille sic scribit: *Bassa talis est, vt statim agnoscat, an sincere quis & libere negocia cum ipso tractet, & num Legati limites à dominis praescriptos obseruent. Quod si animaduersat, dissimulans aliud quam Legatus in mandatu habeat, agi, statim eos homines procul à se habet. Eius rei memorabile exemplum vidimus in Gulielmo de Grand Ry, alias de Grand Champ dicto: qui quamdiu Regi sui negocia ea quae par est fide tractauit, à Bassa magno in honore fuit habitus, adeo vt omnia quae de pace cum Romanorum rege tractata fuerant, cum ipso communicaret, ex quo factum est, vt in gratiam regis, pacis conclusio dissiue dilata. Postquam vero intellexit, praedictum Legatum non tam Regi sui quam subditorum ipse rebellium commoda & utilitates spectare, eius actiones suspectas habere coepit, nec ea quae antea erga ipsum familiaritate est usus. E contrario, instante Legato uti Hugonota quoque ea pace comprehenderentur, Bassa non sine indignatione rogauit, Equinam tandem essent illi Hugonota? neque enim villam nationem se audisse, qua hoc nomine censeretur. Legatus ergo rem omnem scripto comprehensam exhibuit: quod scriptum postea per multorum manus vagatum est, Bassa Gallorum leuitatem irridente. In eo Legatus fatebatur, Hugonotas Gallorum regis esse subditos; sed ob religionem, quae Mahumetana in multis rebus similis sit, arma sumere coactos. Indorationes quasdam explicabat, ad probandum, si Hugonota federari adcriberentur, & in patrocinium à Turcarum Imperatore susciperentur, magnas eam rem ipsius imperio utilitates allaturam. Eorum enim opera regem disineri atque auerti posse, ne Hispaniarum regi infestissimo & potentissimo Turcarum hosti, auxilium ferat. Sed & fore vt Romanorum Imperatoris conatus eandem opera per Germania Principes & Respublicas; Hugonotatum causas fauentes, disturbetur. Idem nistantas in Gallia turbas excitassent, Turcas nihil in toto mari Mediterraneo fuisse habituros, Regis enim matrem constitutum habuisse, omnes portus & loca*

Unita Gallia ad mare illud sita, Hispaniarum Regi tradere, Belgio compensationis loco accepto: sicque totum mare Mediterraneum in Hispaniarum regis potestate futurum fuisse. Hugonotis & Lutheranis ipsorum confederatis excisis, certum esse, Papam, Imperatorem, aliosque Reges & Principes Christianos coniunctis viribus Turcarum Imperium aggressuros. Utilem etiam ad id Turcarum Imperatori Hugonotarum fore confederationem, ut quancumque libuerit, pacem cum Romanorum rege factam sub honesto pratextu possit rumpere: tumque ipsos Germania quietem perturbaturos, ac viros facile distracturos. Si in rem Imperatoris id fore videatur.

At Bassa non sine risu & ludibrio ad hac excepta, per interpretem respondit: iam videre se, à Gallia regem legatum vel Oratorem qui negocia ipsius tractaret, sed proditorem missum. Hugonotarum multo viliorum esse conditionem, quam ut cum totius orbis terrarum potentissimo Principe communi federi adscribantur. Tuto illi fidem haberi non posse, qui in suum ipsorum regem perfidiosi & proditores: Othomanorum consuetudinem esse cum Regibus & Principibus, non cum mancipiis & perfidis res rationesque contrahere, nec proditoris & perfide, sed bello aperto rem gerere. Domino suo facile esse, quancumque velit, Hugonostas illos ad officium reducere, nisi victoriam de proditoribus & rebellibus partem sibi honorificam exissimaret. Atque hac quidem sum omni populo Constantinopolitano in ore tum fuerit, cum magna Turcarum & Bassa in primis laude, Gallorum leuitatem plerisque vituperantibus.

Hæc ille, quibus capiti huic finem imponam. Interea vos qui Christiani Reformati audite vultis, ne post hac quæso, Turcas Papistis copulate, neve Mahumetistas Romanos nos appellate: sic enim efficietis, ut neque nos, qui Catholici tumus & dicimur, vestram religionem cum Mahumetana comparemus. Mahumetana enim hæresis inter Christianos è Monachi cerebro nata, vti & vestra, & armis se hæctenus tutata, vti & vestra, Christianæ Reipublicæ tantum non ruinam & exitium attulit, vti & vestra. Quod si omnes Tragœdiæ ab utroque exercitæ Actus in scenam produceret vellem, verendum mihi esset, ne lectoris animum & tam crudelium spectaculorum immanitate defatigarem, & à præcepto longius discederem. Quare ad semitam redeamus, Oppilato ore eorum qui ad semitam instituta n. sedentes Calumnijs suis hoc se esse demonstrant, quod de alijs mentiri non crebescunt.

DE SEDITIOSIS PRÆDICANT-  
tium in Polonia contra Regem sermonibus:  
De Ioanne Lasco nobili Polono: de miraculis quibusdam Eucharistiæ: & de falso Prædicantis cuiusdam miraculo.

CAPVT X.

ARGVMENTVM.

- I. Prædicantes in Polonia Regem suum criminantur, qui nihil eorum calumnias faciens, fores ad audiendum aperuit.
- II. De Ioanne Lasco nobili Polono, Calvinistarum antesignano.
- III. Miraculum circa Eucharistiam in Polonia factum.
- IV. Falsa Polychronij cuiusdam Prædicantis miracula.

**Q**UOT quamque diuersæ in Poloniam sectæ irreperierint, ex ijs quæ superius dicta sunt, patet. Causam vero nonnulli regis Sigismundi Augusti facilitati & dissimulationi, aut forte etiam hypocrisis adscribunt. Vulgarum est, sed verissimum illud:

Principijs obsta: sero medicina paratur  
Quum mala per longas inualuere moras.

Neque enim Regem latebat, noui Euangelij Prædicantes in conuentu Petriconiensi Anno M. D. LXIV, habito, aperte dicere ausos. Nullum se habere aut agnoscere regem nisi Iesum Christum, illum spiritus pro salute hominum coronatum regem. Stancarus in Præfatione libri cuiusdam aperte præ se fert, si rex in eam quam desiderent reformationem consentire nolit. Nobilitatem nihilominus penes quam arma sint & regni vires, Sathana imperio valedicturam, & Christi regno se adiuncturam. Singulis mandatum à Deo esse, ut licet fremente toto Mundo, ipsi magis obediant quam hominibus, Reges nihil aliud esse quam Dei Vicarios, &c. Sic Noui illi Christiani Principibus suis superbissime insultabant; adeoque in diuersis locis multa crudeliter & furiose patrabant, ut ex ijs quæ Petrus Scarga & Rescius collegerunt patet: quorum hic

h̄ cretatur, Nobilem quendam hareticum ad exsatiandam rabiem suam sacerdotem quendam non procul à VVarsovia cruci affixisse. Quamvis autem regem non lateret quæ quum haretici alibi, tum præcipue Georgius Paullus in Polonia, & Volanus in Lithuania ad populum nouarum rerum studio & seditione inflammandum moliretur, nihilo tamen commotior satis habuit pro sua persona in Catholica Ecclesia permanere obedientia, interim nemini vllum religionis causa negotium faceffens, sed pacem omnibus indulgens. Sic pestilens hareticos morbus longe lateque præcepit,

*Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor  
Abnegat, & meliora deos sedet omnia poscens.*

II. Ioannes Lascus nobilis Polonus, qui ex Anglia, vbi hæcenus delituerat, Maria regno admoda profugerat, vnus ex præcipuis fuit qui Calvinismum in Polonia profeminarunt, adductis secum Anglis quibusdam itidem fugitiuis. Huius fratrem Hieronymum à Lascos nos Anno M. D. LXXIII. vidimus, inter eos, qui vt Henricum Ducem tum Andegauensem ad Poloniae capeffendum regnum accesserent venerant, Legatos. Et de Ioannis quidem ab ineunte ætate bonis litteris imbuti doctrina magna erat existimatio, qua ille frater, inter tot tamque diuersas doctrinas, quæ tum à varijs auctoribus in Polonia circumferbantur, Zuinglianismum tandem velut cerebri sui commentis optime congruentem, cui adhæresceret, elegit: sed quum leges quæ acerrime in eos qui à Catholica deficientes Ecclesia ad Nouas sectas transibant, vindicabant, metueret, in Germaniam primum, deinde in Angliam profugit, vbi Eduardo puero rege, Sacramentariorum secta vigeat: quo defuncto, & Maria in regnum surrogata, Lascus vt & reliqui exsules haretici proscripti sunt, qui inde Valedito suis in perfidia fratribus, duabus nauibus in Daniam traiecerunt, vbi spe fundandæ suæ Ecclesiæ frustrati, tentato etiam frustra in Saxonia inferiori siue VVandalicis ciuitatibus aditu, tandem Embdam Orientalis Frisiæ urbem primariam appulerunt. Annæ coniugis commendatione à Comite & Senatu recepti: vbi postea fluctuans hæc & diu errans Ecclesia aliquantulum conqueuit, immo altas egit radices. Lascus inde patriæ visendæ desiderio, in Poloniam redijt, ex itinere VVitenbergæ cum Philippo Melancthone colloquutus; atque ex eo tempore veram religio-

nem, inquit Beza, id est, Calvinismum Polonis annuaciavit, vsque ad annum M. D. LX. quo è vituis decessit. Felix, inquit idem Beza, quod horribiles illas tempestates Arrianismi, Tritheismi, & aliarum hareson quæ ibi postea inualuerunt, euitauit. Discipulos vero reliquit non paucos, in eadem schola educatos, qui eandem doctrinam magnis conatibus propagarunt, Christophorum Thretium, Paulum Lascum, alios, qui è diuersis locis & diuersas ob causas ad ea loca tamquam ad asylum confugerant. Nihil vero Polonorum conscientias magis perturbauit quam desiderium Cœnæ Dominicæ sub vtraque specie sumendæ; licet diuinitus ipsis Anno M. D. LVI. tale ipsis ostensum esset miraculum, quod merito etiam obstinatissimorum hominum incredulitati, nisi eorum animi à maligno obsessi fuissent spiritu, remedium afferre debuisset. Id quamvis à pluribus scriptoribus proditum sit, hoc loco tamen citra legentium fastidium repeti posse arbitror. Interim illud Catholicus lector obseruabit, quemadmodum tempore Saluatoris nostri Iesu Christi plures fuerunt dæmoniaci, quam toto fere illo tempore quo durauit Iudæorum Synagoga; sic sæculo illo Sacramentario plura visa fuisse miracula, quæ circa SS. Eucharistiæ Sacramentum contigerunt, quam villo retro, à nato vsque Salvatore. Miraculum vero illud sic habet.

III. *Pauper quædam & simplex femina, Dorothea nomine, Iudæi cuiusdam in oppido Sakhazeth familiaritate diu vsa, ab ipso rogata fuit, vt si quando altare accederet Eucharistiæ sumenda gratia, panem consecratiuore exemtum clam in sudario abscorderet, & ad se deferret: tres haleros & vestem holoserico simbriatam mercedis loco ipsi pollicitus. Facit infelix quod iussa erat, & Corpus Christi Domini in vigilia Paschatis in pago Cotzo à se receptum, & deinde clam absconditum, sequenti die Mercurij Iudæo illi apportat, cum quo tres alij erant, Michalech, Sachan & Iosaphus: qui mox illud in Synagogam delatum pugionibus confodiunt. Quid sit? Ex istibus copiosus promanat sanguis, quem illi in vitrum collectum afferuarunt.*

(O rem nefariam & abominandam! Vide, quæ soamentissimorum hominum furorem: vide etiam præsentem Dei vltionem, qui quam grauitè conrumelias huic SS. Sacramento illatas ferat, innumeris fere exemplis ostendit.) *Simile Anno M. D. CXCII. Octobris Sternebachij euenisse, auctor Registri Mundi scribit; vbi Eleazar & alij Iudæi hostias nati, culro eos confixerunt, cuius mucro cruentus*



essiam linteum quo illum inuoluerant, cyuent auit. Quo nefario & impio facinore detecto, Iudai illi omnes uisum crumati sunt. Hoc sane miraculum non multum dissimile est ei quod Sanctus Athanasius de Iudæis quibusdam refert, qui quum Iesum Christum in imagine sua rursus uellent crucifigere, ad ictus quos eidem infixerant, sanguinem uidere copiose profluentem. Sed ut ad primum nostrum redeamus miraculum, Re patefacta, & coram Rege, qui Vilna tunc erat in Lithuania, certis testimonijs probata, rex nihilominus diligenter amplius inquiri, & secundum comperta, in reos lege agi iussit. Denuo igitur re coram iudicibus ventilata, atque ita oculis subiecta ut negari non posset, nefaria illa sacrilega unã cum scelestissimis Iudæis feria sexta ante Festum Ascensionis Domini, utricibus flamma absumpta fuit, eodemque supplicio sequenti die omnes Iudæi qui in Synagoga fuerant, sunt afflicti Anno 556. Quis uero dubitet hoc miraculo Deum Polonis illis Calicem in Cœnz Dominicæ communionis tanta contentione flagitantibus, ostendere uoluisse, quum corpus extra sepulchrum ab anima, sanguine & diuina natura nequaquam separatim sit, carnem Iesu Christi, quam in sacra communione sumimus, mortuam & ex sanguine non esse sed sancto sanguine, quem bibere desiderant, plenissimam, a se recipi, ut cum manducant carnem, & que bibant ac manducant, quemadmodum intritum ex alueolo Abacuc Prophetæ Daniel sumens in lacu & edebat & bibeat.

IV. Miraculum hoc tam illustre quum postea Nouorum illorum Prædicantium oculis à Catholicis opponeretur, quidam inter eos Cracouicæ conaciones habere solitus, tantam claritatem non ferens, contratio id obfuscare uoluit miraculo: eoque hominem rusticanum Matthæum nomine, pagum Bithagiensis colonum, exigua pecuniola conductum subornauit, ut mortuum se simularet. Qua ille conditione accepta, in feretrum impositus & ad sepulchrum delatus est, sequente funus uoxe & rato domesticorum grege, cum multo ploratu. Ibi quasi forte forsua adueniens Polychronius (hoc enim nomen historia tribuit) ad templi fores suus sisti iubet, & sermone ad populum de Euangelij quod ipsis annunciaret ueritate habitat: O Deus, inquit, omnipotens, sana obsecro manu tua omnipotente incredulitate in huius populi: & ad corroborationem ueritatis, quam populo huic annuncio, excuscita, quaeso, mortuum hunc, tu qui Lazarium à mortuo resuscitaisti. Deinde mortuum uelamans, Matthæa, inquit, prodi, surge Matthæa. At uerò ille, quod dicitur, mortuo naniã carnabat. Apertæ enim sanapila, Matthæas uere mortuus

est repertus. Tunc uxor lamentari, Dei & hominumque opem implorare, & homicidam prædicantem detestari atque execrari, totam denique rem omnibus enarrare, dolore uocem ueritatis in dicem exprimens. Testis huius retrogradi miraculi fuit Dominicanus quidam Religiosus, qui eodem die in oppidum uenerat, in Russiam inde proficiscens, ut Rescius, Lindanus & Alanus Copus in Dialogis suis testatur. Et sicuti miraculum hoc nouos Euangelicos ualde infamauit, ita aliud quod Anno M. D. LXXIX. Cracouicæ euenit, Catholicam fidem plurimum confirmauit, Quum enim in solenni processione Eucharistia Sacramentum circumferretur, iutoris cuiusdam Arriani uxor è fenestra prospiciens exclamauit: Ecce qualem uersum Papiam portant & adorant. Vix inde in cubiculum digressum diabolus arripit, tandem post horribiles ululatus, cruciatus & blasphemias, infelicem animam in mariti complexu exhalantem. Huius rei tora ciuitas Cracouicensis, primaria regni urbs, testis est, ut Rescius scribit. En tibi a. daciã & furorem hæreticorum! En Dei iustitiam, iniurias suas etiam hoc sæpe uleiscentis! Eo usque uero illorum progressa erat insolentia, ut sacerdotem quandam alio colore accersitum, cogere uoluerint, ut Eucharistia Sacramentum porco fascisci in uoluto, tamquam agro in obscuro loco decumbenti porrigeret: qui tamen animaduersa fraude, mori potius quam tam nefarium facinus admittere uoluit. Hoc quidem in oppido quodam Prusliæ Nitich nomine, accidisse memorant. Multa alia his similia omitto, ab hæreticis, illis in locis ad Catholicam uexandam & opprimendam religionem, non minus, quam quæ dicta sunt, flagitiose perpetrata.

## QVIBVS RATIONIBVS CATHOLICA in Polonia regno conseruata sit religio.

CAPVT XI.

### ARGVMENTVM.

- I. Quorundam Polonia Episcoporum conatus.
- II. Ecclesiastici status in Polonia opulentiã & dignitas.
- III. Memorabile Philippi Augusti Francia regis responsum.
- IV. Palatini Podolia ad Catholicam fidem conuersio.

I. Ea-

I. **F**ATENDVM omnino est, præter veritatem, quæ indiuidua Catholicæ Ecclesiæ est comes, ac propriam ipsius virtutem, Catholicæ religionis in Poloniæ regno conseruationem doctrinæ & sanctitati Episcoporum quorundam deberi: quorum multi animaduertentes, Pastorum in Germania secordia & veterno euenisse, vt tor lupi in ouile irruerint, etiam atque etiam super gregibus fidei suæ commissis vigilandum sibi statuerunt. Inter hos præcipui fuerunt, *Andreas Nesconius Episcopus Plocensis in Litunia, & Valerianus Episcopus Vilnensis: super omnes vero optimus ille & doctissimus Cardinalis Hosius per diu ac pernox quasi pro Ecclesiæ conseruatione excubabat.* Ad subleuandam vero tanti oneris magnitudinem, ministros fideles & industrios sibi accersuerunt, qui in partem curæ pro Dominico grege venirent, Patres nimirum Societatis Iesu, qui paucis annis, insigni fecunditate, vndecim Collegia & Residentias per Regnum illud periculis maximis inuolutum constituerunt, & magnum diuini verbi præconum, Confessorum & iuuentutis moderatorum numerum in aciem contra hæresin fugandam vndique & profugandam produxerunt, Catholicamque Ecclesiam sanctam rectam pluribus in locis conseruarunt. Aucto quoque subinde numero ad 1000. capitum censum, duas Prouincias Collegijs & Residentijs multiplicatis effecerunt.

II. Porro ad conseruationem veræ in Polonia fidei non parum momenta iutulerunt Ecclesiasticorum in eo regno, auctoritas & diuitiæ. Vix enim credi potest, quanta ibi Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum Prælatorum tam quoad confederationes, quam quoad externas opes sit potentia. Atunt Gnesnensem Archiepiscopum quadraginta, Cracouiensem sexaginta, Posnaniensem quadraginta quinque ducatorum millia annua in censu habere, detractis sumptibus domesticis. Qui minimum quindecim ducatorum millia ex redditibus percipiunt. Gnesnensis certe, Leopoliensis, Cracouiensis, Plocensis, Vilnensis, Cuiuuiensis, singuli vltra quadragena ducatorum millia ex censibus annuis habent. Ex quo apparet, quomodo primitiua Ecclesia per paupertatem locupletata, & per vilitatem & humilitatem suam ad tantam dignitatem eleuata sit. Res omnes sua tempora habent & ætates. Et quemadmodum sub primis velat Ecclesiæ conabulis Christianorum templa admodum humilia & inornata, paullatim

vero amplissimis donarijs, & ad maiorem Dei honorem exquisito ornatu fuere instructa: sic Reges ac Principes terræ, postquam Christianæ religioni nomen deissent, nihil honorificentius sibi existimauerunt, quam ad Ecclesiæ pedes coronas suas deponere, & bona atque opes suas eius Præfultibus distribuere, vt tanto melius dignitatem suam tueri possint. Hoc quidem plerique omnes Christiani Imperatores, Reges & Principes, fecerunt; in primis vero Poloniæ reges, in quæ Ecclesiæ præfultum tanta est dignitas, vt etiam ab aduersarijs & inimicis summo honore afficiantur & demisse obseruentur.

Quo tempore Andegauensis ad Poloniæ capessendum regnum fuit accessit, vidimus in Gallia Palatinos Cracouiensem & Drohicensem Trinitatis, Comitem item Tenchinesem & Palatinum Lublinensem Lutheranos, aliosque diuersarum sectarum Magnates, Archiepiscopos & Episcopos summo venerationis cultu prosequentes, vt nesciam an maiora Catholicis honor ipsis potuerit exhiberi. Absente quidem Rege, aut interregni tempore penes Gnesnensem Archiepiscopum præcipua est potestas, cui Regni proceres non minus obediunt quam ipsi Regi. Singulari vero magnificentia exteriori omnes vtuntur. Qui minimum, centum equitibus, alij ducentis, trecentis, aut etiam quadringentis equitibus comitati incedunt: domi vero præcipuorum regni procerum ministerio vtuntur, immo nobilissima familia hæreditaria eiusmodi officia honori sibi ducunt. Quod si Protestantium aut Calvinistarum exemplo armis & vi Catholicam doctrinam propagare vellent, quantas, Deum immortalem, copias, vel contra omnes tam Regni quam ipsorum dignitati aduersantes & opibus insidiantes, omnes isti Archiepiscopi, Episcopi & Prælati contrahere & producere possent! Calumniantur quidem hanc potentiam Ecclesiasticis in personis Ministelli verborum, sed ita vt sperent eam in Ora sua deriuandam, aut abrogatam fores lupis ingressuris aperituram. Sed Opes istiusmodi & diuitiæ non minimum Ecclesiæ contra hostium assaultus sunt propugnaculum, vti ipsa Germania suo comprobatur experimento.

III. De his memorabile in primis Philippi Gallorum Regis cui Augusti & Conquestoris ex merito fuit cognomen, dictum celebratur. Hunc Imperator Otho IV. cum Rex Angliæ & Comes

Comes Flandriæ coniunctis viribus diu oppugnant, iamque regnum, quemadmodum pellem ante captum vulsum, ut est in proverbio, inter se partiti erant. De quibus tamen omnibus plures & insignes victorias consequutus, restituta pace & tranquillitate, ut Deo pro tot beneficijs gratiam aliquam rependeret, toto regno passim Ecclesias, Monasteria & sacra loca multis proventibus auxit & locupletavit. Id quum ægre admodum ferrent ij qui vitam unumq; inter tot pericula & militiæ labores acta, omnibus illis bellis bonam & fidem Regi operam navant, & eius hac deuota liberalitate præmium virtuti & meritis suis debitum inueniri æstimabant, cum admonuerunt, rectius atque utilius facturum, si opes ac proventus regni arario inferret, ut eis deinde quando necesse fuerit, ad status sui defensionem uteretur, quam se eandem in homines inuitos & in diem viuentes profunderet. Qui vero Regem alloquebatur, è numero Togatorum erat, ne suscipere fuisset, rex non eos de publicis sed de priuatis utilitatibus sollicitos esse putaret. Tum Rex è vestigio sic respondisse dicitur: Equidem mihi mira vestra mihi videtur oratio, utpote eorum qui domi assiduis deliteant, nec pericula nisi auribus & longinquo sentiunt. Nec quantis periculis conatus nostri & actiones quotidie presentur, nec vnde victoria obueniant, scire mihi videmini. Equidem in ocio viuens, tam ab externis quam domesticis hostibus tutus, saepe numero miratus sum tantam Caroli Magni & aliorum meorum prædecessorum in Ecclesiam Catholicam liberalitatem: at postquam pericula non solum ad coronam, verum etiam personam meam propius accesserunt, sic ut & de regno & de vita simul mihi dimicandum certandumque fuerit, miratus sum valde non multo maiori liberalitate ipsos erga eandem vsos. Id enim expertus scio, nec milites, nec equos, nec vlla arma ad victoriam quidquam prodesse, nisi Deus exercituum animum nobis & vires inspiret. Ad diuinam vero imperandam gratiam Ecclesiasticorum, qui velut domestici sunt & Dei familiares, nobis opus est ministro. Quocirca nolite mirari quod huic hominum generi bene facio. Quicquid enim eius à me præstat, id omne Deo & honori ipsius ac seruitio præstat.

Nec minus memorabilis est Francisci Regis veteris Maghi vox: quo audiente, quum omnium sæculi illius vitorum doctissimi, Budæus & Castellanus de bonis Ecclesiæ, deque modis quibus illa acquisita essent, disputare cœpissent, rex interfectus, Equidem, inquit, sic censeo, si tametsi quam aliorum omnium Principum serinia & archina exen-

tiatis, vix ullos antiquiores aut meliores titulos quam & Petri inuenturos: cui ab Imperatoribus, Regibus, Principibus & populis facta denationes ut antiquissimo, ita optimo iure præstentur, quum nostri & illorum titulis plerique vi & armis aut usurpatione maiorum nostrorum sint acquisiti. Ecclesiasticorum quidem in Polonia opes magna ad Christianæ fidei conseruationem attulisse subsidia, historiæ testantur, quas, utpote ad institutum nostrum non ita pertinentes, hoc loco omitto, & ad spiritualia potius me conuerto.

IV. Porro in hoc regno Societas Jesu tam doctrina quam vitæ sanctitate magnam sibi peperit auctoritatem, nec solum apud Regni senatores & proceres, verum etiam apud regem ipsum, qui P. Scarga & concionatore aulico & Confessorio utebatur. Quamuis autem Patrum horam operam multi quotidie ad Catholicam reducti sint Ecclesiam; præter alias tamen in primis memorabilis est Palatini Miezislauensis conuersio, quum vti à testibus oculatis accepi, enarrabo. Palatinus hic quum die quondam sacerdoti Catholico plus pietatis quam doctrina haberet, vellet illudere, hominē, ad prandium inuitarat. Mensa assidentem, Palatino innuente, Prædicans quidam varijs questionibus urgere cepit, iam caput aliquod doctrinæ, iam Papa tyrannidem, iam dissolutam Ecclesiasticorum vitam in medium proponens. Tacet ad omnia bonus ille sacerdos, ac strenue interim appositu resistit. Tandem ad Palatinum conuersus, Quid hic hominis est, quæso? O! inquit, Equidē ad prandium non ad disputationem inuitatus sum. ibi risu solui omnes, & boni sacerdotis simplicitatem, vel potius inscitiam (ita enim videbatur) ludibrio habere. Tum ille, Equidem, inquit, iam hoc agam, & prandebis ubi pransi fuero, tum forte homini isti respondebo. Sublati mensis, sacerdos ita inquit: Hodie sacrum in altari peragens, hac vsus sum precatione: Discerne causam meam de gente non sancta. Spero sane hunc ipsum Deum pro sua omnipotentia & misericordia preces has meas exauditurum. Facto deinde Crucis signo, Prædicantem ita alloquitur: In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, per Dei, cuius ego indignus seruus & sacerdos sum, auctoritatem & potestatem mando tibi, maligne spiritus, ut obmutescas, nec per os istius hominis loquaris. Quid sit? Vix ille hac verba pronunciauerat, quum ecce Prædicans piscis magis mutus sedet. Tum sacerdos iterum, Iam, inquit, ut homo loquere: & tibi respondebo. Hactenus enim cum maligno illo spiritu, qui per os tuum locutus est, & tam atroces contra Iesum Christi

Christi sponsam iniurias ei omisit, verba commutare religioni mihi duxi. At Prædicans frustra loqui conatus, quum ne gr̃y quidem proferre posset, demisso capite totus pudore perfusus inde se proripuit, omnibus hoc miraculo obstupescens. Illi tamen eidem, muto quidem, nihilo tamen minus astuto diabolo color non desuit, quo hanc Prædicantis infamiam palliaret, ut magica artis factum esse dicitans. à qua tamen suspicione Gorscium (id enim nomen erat sacerdotis) visa simplicitas atque innocentia facile vindicabat. Palatinus vero miraculo hoc obstupescens, in se radiens, errore, in quo eductus fuerat, abiurato, unã cum familia sua ad Catholicam Ecclesiam est reversus. Et in ea constanter perseveravit: quem Pibracus nostram ob singularem eruditionem & eloquentiam quam armorum usum & rei bellicæ peritiam maiorem in modum laudare est solitus. Idem hæretico cuidam presbytero euenisse Georgius Turonensis testatur, qui cum Catholico in eadem mensa cibum capiebat, cumque irrides, mirabiliter eidem fuit conuersus. Ecce tibi veræ Ecclesiæ & legitimæ vocationis sigilla, quæ in notha illa & spuria Ecclesia frustra queras. At præstigias esse & magicas artes dicitis. Idem Iudæi de Salvatore nostro dæmonia eijciete & mortuos resuscitante dixerunt. Eadem arte S. Petrus maligno spiritui, qui Simonem illum magum in aëre ferebat, vires ademit. Et quondam, quæso, miraculum in S. scriptura similia Iudæorum conuitia, & calumnias effugere potuit? Sed ite vos, si placeat, & magicas artes in subsidium accersite. Agite, vestro Matre vnum nobis producite miraculum, quo sacerdotibus nostris vocationem vestrã legitimam esse negantibus, os ocludatis. Quid cessatis (quin extrema potius tentatis (qui tot facinoralia tentatis) quam vt hanc calumniam, vt vos dicitis, inultam sinatis. Ite vos Prædicantes, & digitos vestros in os dæmoniacorum inserite, vt sacerdotes nostri faciunt. Periculum facite, an illatos eos sitis rursus extracturi, Equidem cum Erasmo potius crediderim, si vestras omnes vires conferatis, ne claudicantem quidem equum vos sanare posse. Sed ad institutum redeo, à quo Palatini huius ad Catholicam fidem conuersi historia nos paululum abduxit.

HÆRETICI IN POLONIA OMNIS dignitatis exsortes. Ibidem varia sectarum inueniuntur genera. Iacobus Palæologus Dominicanus hæreses damnatur & punitur.

## CAPUT XII.

## ARGUMENTUM.

- I. In Polonia hæretici, regni Senatores esse non possunt.
- II. Carinabius Hofius Catholicum cum hæretico colloquia frustra impedire conatur.
- III. Diaboli miraculum, in Ansterimarij cuiusdam corpus ingressi.
- IV. De Andrea Duditbio Episcopo Quinqueeclesiensi.
- V. De Iacobo Paleologo, eiusque vita & morte.
- VI. De Lutheranis, Anabaptistis, Calixtinis. & alijs hæreticis qui in Polonia stabantur.

EX omnibus sectis quæ in Polonia & Sarmaticis vigent regionibus, Trinitariorum præcipua fere est, quæ unã cum Græcanica non Poloniam tantum vtramque, sed Lithuaniam etiam, Russiam & Volhiniam occupauit. Horum Metropolitanum pluribus locis Patriarcham Constantinopolitanum agnoscunt: interim à Senatoria dignitate exclusi. Econtrario omnes Catholici in Polonia Episcopi, regni sunt Senatores. Trinitarii quidem quantum ad pertinaciam, ceteris omnibus hæreticis sunt similes: quoad articulos vero doctrinæ valde sunt varij & pugnantes. (a) Sanctam tamen Sedem non tanto odio prosequuntur. Demetrius Munyadius, homo non vulgari doctrinæ præditus (qua vtinam recte usus esset!) vnus ex præcipuis fuit Trinitariorum aresignans. Hic Claudiopoli ad populum declamans, multis execrabilibus contra SS. Trinitatem effusis blasphemijs, apoplexia correptus, in ipso vestigio animam exhalauit. Sed non cura ipso hæresis, quæ in successores multo nequiores transfusa est. Prodicunt tum tabulæ quædam & picturæ, quibus boni illi homines operis, quod Deus scilicet, per ipsos effecerit, magnitudinem adumbrare voluerunt. Picta in Tabula videretur S. Petri, quæ Romæ est, Ecclesia: quam Lutherus & affectu altè eleuatis

brachiis & intentis ictibus demoliri aggrediuntur, sed defectum, tantum contractis & deiectis regulis perfringunt: Calvinus vero & Zuinglius parietes perfungunt: at Seruetus ipsa fundamenta, extremam Papam ruinam moliens, amoto scilicet lapide illo angulari, IESU CHRISTO, quem nec Lutherus nec Calvinus loco mouere ausi sunt. Ecce quomodo Hæresis quibusdam velut gradibus ad summum peruenerit malitiæ & impietatis fastigium, postquam aditus semel ipsi fuit patefactus. Anno vero 1566. (b) Lutherani & Calvinistæ, existimationis suæ facturam indigne ferentes, vt è quibus multi quotidie ad Arrianismum transibant, à Trinitariis etiam subinde ad disputationem prouocati, tandem conditionem acceperunt. Sic ergo permittente rege Sigismundo Augusto, Petricouiz, vbi regni comitia erant habita colloquium de religione institutum fuit, præfente regni Marschallo. E Calvinianis colloquutores fuerunt Andreas Radonianus, Sanicius, Syluius, & Procius; scriba Nicolaus Plusius, Ex aduersariis vero Georgius Paulus dux hæresis Trichearum (vt eum Possuinus, appellat) Lutomirus, Paclesius, Homanus; scriba Ioannes Casanouius, is qui Calvinum scriptis editis antea oppugnat.

II. Cardinalis Hosius, vir non minus vitæ sanctitate quam doctrina conspicuus, accepta huius Colloquii fama, in quo non ignorabat sanctissimum Iesu Christi nomen fœdis modis laceratum & pedibus proculcatum ita; nulla senectutis & affectæ valetudinis habita ratione. è longo etiam nondum recreatus itinere (paulo enim ante Tridento redierat, ubi Legati officio erat functus.) quam celerrime ad regem profectus, modis omnibus institutum iam Colloquium impedire annixus est. Sed quum nec precibus nec ullis demonstrationibus regem, cui Trinitarij iam olim libellos suos exhibuerant, à proposito suo diuertere posset, non sine dolore & indignatione ex aula & comitiis discessit, in via multis cum suspirijs sæpe exclamans: *O Deus, in qua me tempora reseruaisti! An ferendum est, ut impij illi homines impuris suis vocibus aerem patria nostra corrumpant? Exsurge Deus: quia hostes tui elevati sunt contra te.* Porro ad Colloquium magno apparatu institutum venerunt non pauci proceres, è maiore & minore Polonia evocati, sed tantum qui vel Calvinistarum vel Tricheitarum sectæ adhærebant. Catholicorum enim nemo adfuit. Iusto quæstio erat de præside, quis & an unus

esse deberet. Placebat alteris vt alternis diebus vnus ex vtraque parte præficeret. Tandem vero, quum in illo convenire non posset, duo electi sunt, vnus vnus, alter alterius partis. Quum vero ad rem ipsam accederent, Regni Marscallus, qui Calvinista erat, ad pacem ceteros omnes exhortatus, inquit: *Constitutam iam propositionem qua de agendum est, agite in Dei vnus & sancta Trinitatis nomine exordimini.* Ubi protinus quidam aduersariorum tuorum intrens, respondit: *Nos vero hic non dicimus, Amen. Neque enim novimus Deum ipsum Trinitatem, neque ullum ab eo auxilium speramus.* Tum alij, *Nulla iam alia, inquit, propositione nobis opus est, quum se hac obtulerit.* Sic ergo de SS. Trinitate disputari cœptum est, ac potissimum *utrum Dei filius ab æterno sit Deus, & Patri consubstantialis* Dici sane vix potest, quot quantæ que Trinitariorum blasphemiarum paucis illis diebus quibus disputatum est, audire fuerint, & quid omnes, vt videri volebant, Dei Verbo inaniæ, cui ad causæ suæ patrocinium allegato, mordicus illi inherebant. Nec vero ex hac arce Calvinistæ eos deicere poterant nisi Catholicorum armis. Quum enim Trinitarij ad sui defensionem fere tertium quoque verbo dictum aliquod Scripturæ adferrent, interpretatione, quam ipsi commentati fuerant, adiecta; Calvinistæ sane ictus hos declinandi nullam aliam rationem inuenire poterant, quam *opposito traditionum & vniversalis Ecclesiæ, & SS. Patrum tam Græcorum quam Latinorum consensus scuto, qui consensus velut anima est & vita S. Scriptura.* Magni vero illius & Oecumenici Concilij Niceni auctoritatem producentibus Calvinistis, noui illi Arriani responderunt, Concilium illud errasse, in eoque fidem illam & doctrinam à Constantino Imperatore tum primum per vim fuisse introductam & constitutam: contra vero Conciliabulum Arrianorum Sirmii habitum comprobant, & Constantino laudatissimo Imperatori & primogenito quasi Ecclesiæ filio, maledictum illum & ab vniversali Ecclesiâ condemnatum Constantium Arrianorum fautorem opposuerunt. Multis diebus in verborum illorum, *In principio erat Verbum,* interpretatione consumptis, quum finis actioni imponendus esset, Calvinistæ, ac si Catholica & Romanæ Ecclesiæ essent alumni, alta voce vulgatum illum Sacrosanctum hymnum cecinerunt: *Deo Patri sit gloria, Etusque soli Filio, cum Spiritu Paraclito, in sæculorum*

b *Anatemia Eccl. Cathol pag. 112.*

enlorum secula. Trinitatij vero quum hæc verba  
ferre non possent, quasi furibundi sese proripue-  
runt, negantes se velle dicere: Amen: quod tan-  
tam iniuriam Deo factam (sic enim dicebant) mini-  
me tolerandum esse arbitrarentur.

Hic exitus fuit remere instituti, & infeliciter  
finiti Colloquii: qualis etiam multorum alio-  
rum fuit: vt illius quod Transyluania Principis  
iussu An. 1567. Varadini inter novos Euangelicos  
& Tritheitas; nec non Sendomiræ Anno 1568. (d)  
Albæ Iulix A. 1570. (e) Cracouix, A. 1513. (f) Lubli-  
ni & alijs tam Polonix quam Transyluaniae lo-  
eis, viuentibus adhuc Ioanne Principe à Blandrata  
feducio, habitum fuit: cui succedens Stephanus  
Batorius Princeps Catholicæ religionis ob-  
seruantissimus (qui ob insignem virtutis existima-  
tionem ad Polonix regnum postea vocatus  
fuit) Arianorum effrenam audaciam repressit,  
impio illo & nefario homine Francisco Dauide in  
carcerem incluso, qui non minus Arianus, quam  
Blandrata fuerat, Christum adorandum esse negabat,  
vt qui Deus non esset; alias cum Papistis, vtiam reli-  
gionis sanctos nobis esse invocandos. In carcere quum  
in insaniam incidisset, turba demonum apparen-  
te, exclamauit: Ecce qui me comitem irineris exspe-  
ctant. Monitus vt Iesum Christum invocaret, ne-  
quissimus homo, quouis ludæo magis impius,  
cum sese inuocaturum negauit, qui se ipsum à cruce non  
potuerit liberare. Sic os illud impurum tandem in-  
felicem animam exhalauit. Similis exitus Blad-  
rata fuit, vt supra ostendimus. Porro quamuis  
ipfis etiam sectarijs Calvinistis & Lutheranis No-  
uorum illorum Arianorum & id genus hominum  
hæresis detestanda videretur, numquam tamen  
fere defuerunt magnæ auctoritatis & potentix vi-  
ri, qui patrocinium eorum susceperunt, inter quos  
fuit Palatinus Vlnensis, in quam urbem tamquam  
ad fœdissimam cloacam, omnis generis hæreses  
confluxerunt. Quis vero omnia colloquia & dis-  
putationes ab anno vsque M. D. LXXVIII. (g) ad  
hæc vsque tempora inter homines illos nulle eru-  
cibus & supplicijs dignos habitas enumeret? quas  
Gaspar VVilkonuski Medicus, postquam à Samo-  
sateniano Catholicus factus est, in vno librum  
collectas, Vilnæ edidit: vt Volanus, Rescius, & a-  
lij testantur. Inter alia ait, P. Scargam Regis Con-  
fessionem litteras vidisse à supradicto Palatino ad filium  
scriptas, in quibus fateatur, postquam à Catholico a dese-  
serit Ecclesiam, inquieto animo semper se vixisse, nec quod

in tanta aduersantium sibi mutuo opinionum & secta-  
rum multitudine credendum libi statueret, aut in quo ne-  
que ferret, certi quidquam inuenisse. Patris exemplo  
sapientior factus filius, ne hæreleon in profundum  
bathrum abriperetur fluctibus, Catholicæ clauo  
Ecclesiæ gubernandum se permisit. Nihil vero  
hereseos progressum æque impediuit ac Lutherana-  
rum & Calvinistarum dissensiones, quarum calami-  
tas, inquit Hiltoria Cœnæ Augultanæ, causa fuit  
quod plurimi qui Euangelio ante nomen dederant, ad  
Papismum redierunt à quo discesserant, aut ad sacra-  
mentarios transferunt, aut quod perus est complures ex  
eis nouas illas & pestilentes hæreses amplexi sunt; pauci  
vero in vera (Lutherana scilicet, vt ille) religione con-  
stantes manserunt.

III. Circa id tempus Deus, vt miseris illis Tri-  
nitarijs oculos aperiret, insigne miraculum Cra-  
couix patravit. Quum enim religiosus quidam è  
S. Dominici ordine, P. Seuerinus nomine, dæmo-  
niacum exorcisaret, & sutorem quendam Trini-  
tarium turbæ, quæ frequens accurrebat, vidisset  
immistum, ad eum conuersus, Qui tibi, aiebat, ho-  
mo pessime & infidelis, inter fideles est negocij? Veni,  
inquit, ille, vt mysterium hoc viderem: nec abnuo, vt om-  
nes diaboli quos tu ex illo eiecisti, in meum corpus immi-  
gent. Tum religiosus, Fias tibi sicut optasti, vix do-  
mum redierat infelix ille Arianus, quum ecce à  
diabolo arripitur, ac per integrum mensem horri-  
bilem in modum vexatur & torquetur, mille inter-  
rim blâphemas contra SS. Trinitatem effundens.  
Tandem miserimus in S. Catharinæ vigilia de  
fenestra se præcipitavit, anima et qui corpus ipsius  
in se derat, reddita. Tam tristi casu mariti relicta  
vxor, confestim Catholicæ Ecclesiæ se reconcilia-  
uit. Hæc vero ita se habere, in Polonia lippis &  
tonforibus notum est.

Quia vero Noui Euangelij in Polonia præco-  
nes Nouas quotidie enasci turbas, & in tantas dis-  
fectionibus Ecclesiam suam fluctuare videbant, de  
vno penes quem in ceteros omnes esset inspectio,  
eligendo consultare cœperunt, quod aliter disci-  
plina Ecclesiastica retineri non posset. Videri ergo  
sibi necessarium, vt inter eos ministros qui in Po-  
lonia sunt, vni alicui, qui prudens, sapiens, pius,  
doctus & Spiritu sancto plenus esset, super ceteros  
Apostolica tradoretur potestas, vt reliquos in  
Euange-  
c Anatomia Eccles. Cathol. pag. 113. d.  
bid. e. ibid. pag. 114. e. ibid. pag. 114. & 115.

Euangelica continere obedientia, & in delinquentes gladio spirituali tanto facilius animaduertere posset. *Ecce tibi Polonorum etiam hæreticorum Papatam optantium vota! Ecce primatum, cuius odio turba illa in religione cepta fuerant, ab ipsis etiam aduersariis desideratum! qui tamen, repudiato mox isto Consilio, inter Nomadas illos & velut Hamarobios locum habere non potuit.*

IV. Porto è Trinitariorum secta nostro ævo præcipui fuerunt *Breslaskius* Castellani Sendomiriensis Secretarius, & *Andreas Duditius*, vterque astutus & in hæresi sua propaganda impiger: quibus postea *Iacobus Palaologus* malam operam nauauit. Ex his duo posteriores, ob eruditionem non mediocrem digni mihi videntur, quorum hic breuiter contexam historiam: vt omnes intelligant, quam superba ac proinde periculosa res sit illa sciëntia, qua inflatus animus vniuersalis Ecclesiæ iudicia, qua inflatus animus vniuersalis Ecclesiæ iudicio cedere detrahit. Ac licet de his ab alijs quoque multa sint prodita; non tamen ingrati rem lectori facturum me puto, si veluti spicas ab alijs relictas colligam, id est, ab alijs omnia breuiter enarrem.

Fuit igitur *Andreas Duditius* Hungarus natione, Quinque ecclesiarum, (quod oppidum est Pannoniæ) Episcopus, ob doctrinam ac multarum rerum usum Imperatori Maximiliano, dum vixit, percharus: pro quo multas de grauissimis rebus legationes magna cum laude obiuit. Tandem quum in Legatione ad Sigisnuadum Augustum Poloniae regem nobilem puellam Sophiam Gonifellam nomine vidisset: formæ captus pulchritudine, sic repente eius amore exarsit, vt dum ea potiretur, omnia susque deque habere, adeoque religionem potius deserere decreuerit, quum aliter eius potiundæ spes nulla esset. Non agnoscens hic ordinariam acritam fere omnium hæreseonportam? Duditium tamen & verecundia aliquamdiu in officio continuit, & vana spes, breui fore, vt proculcatis Ecclesiæ legibus, matrimonij vsus etiam Ecclesiasticis permittatur, cœlibatu ad Erenitas, Monachos & alios quibus tam durum perpetuæ castitatis placeret vorum, ablegato. Quam ad rem se non exiguum momentum allaturum sperabat, vt qui doctrina non vulgari, tum multarum linguarum peritia, & admirabili imprimis eloquentia esset instructus. Qua de re quum in Consilio Tridentino nonnullorum Patrum animos tentasset, adeoque etiam publice verba facere ausus esset: à cunctis exhibitus, & cum magna pudoris iactura do-

num reuersus, contra leges Ecclesiæ Sophiam prædictam in matrimonium duxit, non minus postea infelix maritus, quam Colonienfis ille Archiepiscopus, cum Canonissa aut Moniali sua Agnete sequenti libro à nobis in scenam producendus. Ex hac Sophia natus ei fuit filius, miseris senis crux & flagellum. Sophia mortua, idem alteram vxorem duxit, è Borrechorum familia; ac primo in Poloniam, deinde in Silesiam, vbi omnium gentium dii in honore erant, commigravit, in magna paupertate & miseria vitam traducens, nec vllam certam religionem, in tanta confusione professus, sed pariter omnes, etiam illam cui initio nomen dederat, Calvinisticam scilicet, irridens. In Epistola quadam ad Bezam, qui Poëmata sua ipsi dedicarat, ingenuè fatetur, *Romanam Ecclesiam non ita Nouam Euangelicam, in tot factiones ac sectas distractam, & plausibili in super venerabilis antiquitatis & perpetui consensus fundamento esse subnixam. Quod si Patrum in doctrina consensus sit ipsa Veritas, eam procul dubio stare à Papislarum partibus. Ortus enim inter doctos in Papatu de quacumque re disputationibus, statim vel Conciliorum decretis, vel Pontificum auctoritate controuersas omnes fuisse compositas.* Sic ergo hærebat, sic fluctuabat Duditius, vt nulla ei placeret religio, adeo vt pro Sacris Biblijs, Platonis libris vteretur: libenter, credo, in hoc Iulianum apostatam imitaturus, qui in templis suis versus Homeri decantari, & Platonis libros prælegi iussit, vt Sozomenus & Nicephorus testantur. *Satis esse, aiebat Duditius, vt Christianus in Deum credat, bene & honeste vivat, Natura legem obseruet, amet virtutem, & fugiat vitia: nec vlla alia opus esse ad salutem suam cuique præcurandam religione.* Natrauit mihi Polonus quidam, multo etiam in Polonia quam Hungaria proceres hominis huius manu quam diligentissime scriptas Epistolas adhuc penes se habere, ac sedulo asseruare. Tandem quum Vratislaviæ domicilium fixisset, sine vlla morbi suspitione, mortis suæ horam prædixit. Ab Amico enim ad prandium inuitatus, quamuis sanus & valens videretur, excussit se, inquit: *Tempus iam esse vt alio proficiscar, & vltimum Natura debitum persoluar.* Deinde in lectulum se componens multa, sed Philosopho quàm Theologo vel etiam Christiano magis digna, cum summa adstantium admiratione disserere cepit. Nobilem Polonum multa de hoc homine narrabantem audiui, quæ moriturus ille dixerit, quæ fecerit; sic vt quæ ille delirauit, etiam maxime sanis cuiusvis sermonibus potiora viderentur: donec

andem animam placidissime reddidit, tanta alacritate & constantia, ac si cœlos apertos sibi videret. Hoc tamen minus mirum, quum non raro infamis vita, qualis Duditij fuit, honesto exitu soleat terminari, vt videre est in Orthone Imperatore illo gentili qui Imperium male cœptum, & multo peius gestum, morte fortissime obita, honesto quodammodo sine clausit. Idem tamen Polonus non negabat, Duditium atheum fuisse, ac nullam religionem habuisse: bis miserum: quod Episcopatu exutus, & honorem atque existimationem in hac vita, & in altera æternam vitam perdidit, qui quam diu Catholica adhasit Ecclesie, plenam gloriam & honoris vitam duxit. Sed iam itidem quæ & vita & mors fuerit Iacobi Palæologi videamus, eius qui infinitas ferme istis in regionibus animas ad exitum pertraxit.

V. Hic ex antiqua illa & Imperatoria apud Græcos Palæologorum stirpe ortus, epatriæ naufragio agrè eluctatus, Romam venit, & eodem quo Pius (V. Papa postea) die ad religiosam Dominicanorum familiam fuit adscriptus: à quo tamen moribus longe discrepabat. Vt enim ille insignem humilitatem ac bonitatem in omnibus præ se ferebat; ita hic nihil nisi arrogans & superbum spirabat sic vt ex sermonibus eius & disputationibus facile colligi posset, eum in præcipuis Christianæ religionis fundamentis vacillare. Quare Inquisitioni traditus, non multo post Paulli IV. Papæ excessum Romana plebe in mortui memoriam læuiente, effraçto carcere, ex Italia, parum tutum locum hæreticis istum esse animaduertens, in Germaniam profugit, & cum Lutheranis consuetudinem contraxit: quorum vt & Zuaglianorum doctrinam & mores quum minus approbaret, in Poloniã concessit, vbi facile suæ farinæ homines reperit, eos nimirum qui Christum Iesum ad optium tantum Dei filium esse dicunt, commodum ergo locum & occasionem nactus, iã dudum conceptum animo virus euomere cœpit, & breui in quam plurimos transfudit: interim ne solitarius viueret, honesto loco natã ad se puellam comitem assumpsit, in Merauiam paulo post eum eadem profectus, vt tanto liberius sibi viuere liceret, quod ea in regione ad suæ quisque conscientie normam fidem ac vitam suã confoimaret. Et si vero non ignorabat, Pium V. qui Paulo in Pontificatu successerat suis mandasse vt omnes ipsius comprehendendi rationes inirent, tamē summa eius regionis libertate, & populi, à quo profancto habebatur, fauore frerus insidias omnes elusit. Tandem defuncto Pio, quum velut de-

fectus omni periculo, securius iã ageret, in Gregorij XIII. Pontificis manus incidit: qui quum audisset quantas passim noxas hic homo daret, effecit vt Maximiliani II. iussu, dum cum alijs pranderet euocatus, & in currum coniectus, prius Viennam, atque inde Romam perductus fuerit, quã populus ad eum liberandum coire potuit, Id quod Maximilianus I. quoque, Luthero telam rebellionis suæ exorsis, facere nec frustra hominis ad malum tam obstinati pœnitentiam expectando tempus consumere debuisset.

Palæologus Romam perducto, & carceri incluso, postquam dies aliquot in eo solus exegisset, Pontifex duobus doctissimis viris eius examinandi negotium dedit, nimirum P. Magio, (ei qui nõ ita pridem Societatis suæ restitutionem apud Henricum IV. regem mira sedulitate procurauit,) & P. Bellarmino, ad summam proximam Cardinalatus dignitatem postea euecto. Et hi quidem dies aliquot cum Palæologo disputando consumperunt, qui magna animi obstinatione Arianismum suum defendens, illud unice urgebat, ut Filij cum Patre consubstantialitas è Sacra scriptura sibi demonstraretur, eandem interim illis ipsis quibus Arius olim, Sacræ scripturæ locis impugnans. Quum ergo nec consiliorum auctoritate, nec Patrum, scripturæ interpretum, consensu pertinaciæ huius hominis frangi posset, illud assidue more omnium hæreticorum, occidentis, Nihil sibi cum Patribus esse negocij: Fuisse illos homines: nullo alio iudice quam Sacra scriptura opus esse: in carcerem missus fuit: unde postea eductus, & pro Turcico vestitu quem è Moravia secum asportauerat, alba tunica pictis flammis rutalantibus conspersa indutus, in æde Minervæ reus peractus, inde gravissimis compedibus, manibus & pedibus & collo inditus, in profundam Nonnanæ turris fossam est detrusus; paulo post vero ab iisdem Patribus, & Stephano Tulcio iterum monitus, quum multo pertinacior quam umquam antea sese ostēdisset, ad Joannis Lateranensis ædem deductus, & consuetis ceremonijs sacro ordine exemptus, ac brachio sæculari traditus, ab eoque igni fuit adiudicatus. Quum ad locum supplicij venisset, lignorum struem tantum sibi quam magis quibusdam & veneficis præparatam contemplantus, atque hos iam palis alligari cernens, ita exhorruit, ut ex eius vultu facile mortis metus coniectaretur. Ibi F. Bartholomæo P. Magij coadjutore, qui ipsam in Germania viderat,

Bbb

&amp; in



& in carcere visitatæ, etiã atque etiam obsecran-  
te, ut in se descenderet, & ne corpus tantum suum,  
verum etiam animam perditum iter, respondit  
Palæologus: *Atqui iam non licet revocare gradum;*  
innuens scilicet, viso iam rogo omnibusque ad sup-  
plicium paratis, nimis seram reorum esse pœnitentiam.  
Quibus celeriter ad Pontificem, mensuram  
assidentem delatis, optimus Pontifex in carcerem  
eum reduci iussit, in quo fidei suæ professionem  
manu signavit; deinde in pegma sive theatrum pro-  
ductus, errores suos publice ecuravit. Jesum Chri-  
stum verum Dei filium esse confessus. Non tamen  
statim vinculis solutus, sed honestæ custodiæ in-  
clusus fuit Palæologus, quoad sinceri animi fidem  
faceret; Corycæis appositis qui verba ipsius scrip-  
ta, & mores quotidie diligenter obseruarent.  
Quum vero postea in pristinam hæresin esset re-  
lapsus, Pontifex ea de re certior factus, P. Tulcio  
mandavit, ut assistente vno ex Inquisitoribus sine  
vlla disputatione, Fidei ab eo exprimeret Con-  
fessionem. Ingressus ad eum P. Tulcius, *Responde,*  
inquit, *Palæologe, quid credas de hu qua sibi Pontifici*  
*Dei in terris Vicarij iussu propositurus sum, simplici*  
*nec est ut tuam eloquentiam et tam Græca quam La-*  
*tina lingua peritiã hic ostentes.* Quamvis ergo ille  
in singulis multa adhiberet verborum diverticu-  
la, tamen simpliciter tandem respondere coactus,  
hæreseos reus peractus, & eodem, quo laponeses  
reguli in urbem venerant, die extremo supplicio  
affectus & combustus est.

VI. Porro ex omnibus scētis quibus scæter Po-  
lonia, post Trinitarios, præcipuas partes obtinent  
*Lutherani*, in magna præsertim Polonia, Pomerania,  
Livonia ac Prussia, & imprimis Dantisci, El-  
bingæ, Conigsbergæ: quibus tamen omnibus lo-  
cis non desunt magno numero Catholici, ut &  
Collegia seu Gymnasia erudiendæ iuventuti di-  
cata. Cardinalis quidem Baccorius ijs in locis de-  
gens, subditos tuos in Catholica religione, quoad  
vixit, sedulo retinuit. Interim *Caluinista*, infelici  
Lutheranorum hostes, Dantisci præsertim, Cracou-  
iæ, Posnaniz, & Vlnæ, tanta fecunditate suc-  
crescunt, ut mox prævalituri videantur. *Anabap-*  
*tistarum* vero magna est circa Dantiscum, ut & in  
suburbij, necnon in Silesiæ finibus, itemque in  
Palatinatu Sira diensi, & circa Cracouiam multi-  
tudo: Lublini vero ijdem publico religionis suæ  
exercitio gaudent. Existant enim omnibus mlti  
quotidie a Societatis Iesu Patribus ad Catholi-  
cam Ecclesiam reducantur. Henrici III. regis tē-

pote mira erat in Poloniæ regno Caluinistarum  
paucitas; nec vllum eis concessum erat religionis  
exercitium, nisi in ædibus Procerum quorundam  
privatis: quibus tamen postea quamplurimi (ut  
natura hominum novitatis est avida) sese adiun-  
xerunt. Magnus quoque ibi est *Calixtinorum* nu-  
merus, Joannis Hussij progenies: qui in armis suis,  
vexillis & vestibus Calicem præferunt. Echi qui-  
dem Cardinalem Hosium, tanti viri fama & existi-  
matione moti, è Tridentino Concilio redeuntem  
interpellarunt, ut in Eucharistiæ communione u-  
sus utriusque speciei sibi concederetur: id si fieret,  
in reliquis lubenter sese Catholice Ecclesiæ legi-  
bus obtemperaturos. Cæterum Cardinalis multis  
rationibus demonstravit, *has artes esse diaboli, hoc*  
*modo aditum sibi aperire conantis, ut semel admis-  
sus, tã-  
to facilius postea omnia repagula quibus hæcenus Roma-  
na Ecclesia unitas munita mansit, perfringat. Ecclesia us-  
sique esse, in ijs qua curis divini non sunt, mutare ali-  
quid aut dispensare, non vero nationi alicui particulari*  
*licere quidquam his de rebus suo arbitrari statuere: a-*  
*lioqui Dei regnum multiceps fore monstrum.* Joveniun-  
tur etiam ibidem *Adamita*, *Fraticelli*, & aliæ obscu-  
ræ & infames scētæ; verum æque omnium odio &  
contempnæ exagitatæ. De impijs vero *Judeis* quid  
commemorem quorum & incredibilis in toto re-  
gno fuit numerus, & maximæ divitiæ, ab eo tem-  
pore quo Casimirus rex Judææ cuiusdam, Hestris  
nomine, amore fascipatus, univærſæ illi genti  
liberum toto regno commorandi domicilium &  
negotandi facultatem indulſit. Indigna sane res  
est, illis Dei homicidis & crucifixoribus inter  
Christianos plus favoris præstari quam inter ipsos  
Musulmannos sive Turcas, quibus illi tam invis-  
sunt, ut nullum Judæum in scētam suam admittant  
priusquam Christianorum more baptizatus; & à  
peccatis lotus sit & purgatus. Quin etiam si Tur-  
ca aliquis insigne cui velit facere convicium, sic  
eum compellat, *Brochisoni*, id est, Abi Judæe. Non  
colloquio, non salutatione eos dignantur. Et sicut  
illi apud nos circulis flavi coloris, sic apud  
Turcas eiusdem coloris pileis discernuntur. Hu-  
ius vero introductæ consuetudinis sequens occa-  
sio memoratur. Bassa quidam Pera Constanti-  
nopolim trajiciens, quam forte fortuna Judæum  
obvium habuisset, vestitu nihil à reliquis dif-  
ferentem, humiliter ab eo salutatus, vicissim  
inclinato capite, ut Turcarum mos est, ho-  
minem resalutavit. Quum vero postea com-  
perisset Judæum illum fuisse, supra modum indig-

natus quadrantum eius generis homini honorem exhibuisset, statim ministris suis aliquot ablegauit, qui miserum illum fistuario depecterent; deinde à Sultano idem Basia Edictum impetrauit, quo iubetur, vt omnes Iudæi posthac flauï coloris pileum ferrent: id quod hætenus diligenter fuit obseruatum. Sunt etiam sub Poloniæ regum imperio quædam *Turcarum & Tartarorum* Hordæ, vt vocare solent, ad Boristhenis ripam habitantes, & Mahumetanam legem obseruantes. Omnibus his alia pax est: & per magistrarum licet cuique quamcumque velit viam insistere, siue eam quæ ad paradysum, siue eam quæ ad infernum ducit. Ex his quæ hætenus dicta sunt, Lector amplissimi & potentissimi Poloniæ regni, post Lutheranam exortam hæresin miserabilem in modum distrahi ac deformari, statim facile poterit cognoscere. Meo quidem iudicio, id florentissimo quondam regno plurimum detrimenti attulit, quod Nobilitas filios tam litterarum & linguarum discendiarum, quam peritiæ in rebus bellicis comparandæ causâ, ad exterâs, adeoque hæresin etiam infectas regiones mittere non veretur: immo nulla eis religio est filios suos regijs Oratoribus, qui Constantinopoli agunt, comites adiungere, vnde facile cogitari potest quam boni Christiani domum reuertantur. Mortuo ad A. 1571. Nonis Julij Sigismundo Augusto, ex lagellonica stirpe Rege vltimo, tam Poloniæ quam Lithuanix Palatini & Castellani, quorum alij Lutheri, alij Zuinglij, alij Blandratæ, alij Serueci alij Caluini, alij denique aliorum opiniones sectabantur, *comitia indixerunt, vs in ijs non tantum permotum tolerantia, verum etiam publica lege conscientijs liberas & pax cuiusque religioni concederetur.* Ac quamuis reliqui proceres, Ecclesiastici imprimis his conatibus acriter sese opponerent; illi nihilominus peruicerunt, vt publico Edicto frænum conscientijs ac omnis generis religionibus fuerit permissum: quod postea etiam Henricus II. quum regno inauguraretur, iuramento confirmauit, his verbis: *Inter dissidentes de religione pacem manu tenebimus; vt & sequentes Reges: quod quidem Edictum tot tamque diuersas sectas & hæreses in regnum inuexit, vt eius perurgandi vix vlla spes sit. Vix in regnum venerat Henricus, quum statim Aciani, Trithemiti, Samosatenciani, & alij eius farina homines supplicem illi libellum obtulerunt, quo sibi tam-*

quam veris Christianis, & quorum doctrina primitiua Ecclesiæ examusim congrueret, vt iactabant, religionis suæ exercitium permitti flagrabant. Quod quidem rex & promisit, & quam petebant conscientie libertatem concessit. Non facile quisquam dixerit quantæ inde turbæ & confusiones enaræ, & quam deformia & portentosa hæreson monstra sint exorta: quum sibi vel quisque deum fingeret, vel primi qui occurrerat fanatici & ad gustum loquentis doctoris opinioniones amplecteretur. O infelicem quiduis credendi licentiam! E contra ð exoptatissimam illam libertatem, quæ homo in ijs quæ ad Fidem pertinent, se suamque voluntatem & intellectum in seruitutem tradit, & eius subiicit legibus, quæ infallibili Dei promisso, errare non potest. Quin etiam ipsi Noui Euangelici Lutherani & Caluinistæ, Anno M. D. LXXXIII. regi supplicarunt, vt *diabolicam illam legem* (sic enim merito eam appellabant, quæ absurdissimis & maxime impijs quas humanum comminisci potest ingenium, opinionibus libertatem & impunitatem præstabat) abolere vellet. Idem vt in Lithuania faceret. Violanus Stephanum Regem Henrici successorem libello quodam obsecrat, vbi rem ait in eo statum esse, vt nisi quamprimum remedium afferatur, tot in Lithuania religiones quor oppida & pagi futuri sint Edictis certe illis de religionis libertate publicatis, statim Biblia, vt à Budozo, *Ebionitarum in Lithuania* parente, versa fuerant, typis impressa & divulgata sunt: quo nec Marcion, nec Lutherus, nec vllus fere vmquam hæresiarcha audacior fuit atque impudentior, vt qui Euangeliorum peruerterit ordinem, quamplurima Scripturæ loca mutilârit, trunçarit, addiderit, demserit quidquid visum fuit: sic vt viginti sex loca ad hæresin suam, nempe Iesum Christum ab æterno Deum non esse, probandam accommodarit. Zeronichius Anabaptistarum doctor in suis Dialogis hominis huius errores, falsitates & blasphemias ad longum enumerat: quos equidem non sine horrore legi. O misera Polonia! (cum Re- scio exclamare lubet) quæ tam feram bestiam alere sustinuiti.

POLONI SEMPER CATHOLICUM regem eligere studuerunt. Societatis Iesu in Polonia Collegia: & Ministri cuiusdam hæretici conuersio.

## CAPUT XIII.

## ARGUMENTUM.

- I. *Henricus Valesius ad Polonia regnum accersitur*
- II. *Poloni Catholicum volunt habere regem.*
- III. *Stephanus Bator Polonia Rex creatur.*
- IV. *Eius successor Sigismundus Suecus cum Maximiliano Austriaco de regno contendit.*
- V. *Societatis Iesu in Polonia Collegia.*
- VI. *Minister Lutheranus Polonus natione, Romanus in Iudicio profectus, ad Catholicam fidem conuertitur.*

**L**UTHERANARUM in Polonia partium imbecillitas post Sigismundi mortem facile apparuit, quando in campis illis patentibus ad Warsouiam habitis comitijs, sub longe maximo illorum rentorio disputatum fuit, cuiam potissimum ex tot competitoribus, regia corona esset imponenda. Postquam enim ex omni Christianorum Principum numero Poloni sibi regem eligere stauissent, & Lutheranorum suffragia partim in Ioannem Suecorum regem, defuncti Regis Sigismundi per filiam Catharinam generum, inclinarent; statim initio apparuit, conatum eiusmodi paucorum viribus longe maiorem, & digniorem esse Polonicam coronam, quam vt ea cuiusquam à Catholica fide alieni caput exornetur. Regnum vero id multi Reges ac Principes, missis legatis, ambiebant; inprimis Carolus IX. Galliarum fratri suo Duci Andino id petebat: negotij huius conficiendi cura demandata Ioanni Monlucio Valentino Episcopo, spectatæ virtutis & solertiae viro, vt qui quatuordecim legationes pro Galliarum Regibus summa cum laude obiit; ac pleraque ob quæ missus fuerat, ex animi sententia confecit, à rege ei additus fuerat collega Vidus Lusignanus, Lanfaci Equitis nobilissimi filius, iuuenis præter natalium splendorem, insigniter liberalis, & multarum linguarum peritus; quibus illis artibus & Nobilitatis animos ad Gallorum partes adiungere, & innata sualenitate Monlucij hominis acris & iracundi vehemenciam poterat lenire.

Quæ in his comitijs ac noui regis electione acta sunt omitto (a) quod ea ad institutum nostrum non multum faciant: hoc tamen vnum addo, Lutheranos & Protestantes Catholicis hæc in recedere coactos esse.

II. Quum vero ipso tempore quo Andinus Dux Poloniae rex renunciatus erat, res ad motum spectare videretur, æterna nominis fama dignissima magna Nobilitatis pars proximæ syluæ adæquians, decerptos è quercu ramos pileis impostuerunt, consentientis voluntatis insigne. Tum magnus Samogitiæ Capitaneus Cocouitius quæ potuit alte exclamauit: Regem habere volumus Catholicum & Orthodoxum, qualis est Dux Andinus. Cui statim vno ore assensu sunt Laseus Palatinus: Siradiensis, Palatinus Bresliensis, Palatinus Ploceensis, Comes Tornauia, Ioannes Costka, Castellanus Dantiscanus, Andreas Soborouius, Andreas Opalinskius curiæ tribunus, vnâ cum fratre suo magno regni Referendario, item præfectus Warsauensis, Marescallus Lithuanie, Abrahamus Sborouius, & alij magno numero nobilissimi Equites, inprimis è Massouia, quæ præ ceteris eius regni prouincijs ab hæreseos peste pæne intacta & incorrupta manserat. Visa tum sunt in campis illis ad Warsauiam circiter triginta quinque equum millia, vno ore & consentientibus animis Andinum Ducem sibi regem postulantem. Eiquidem Protestantes magnâ constare inuidiam ob socios religionis Hugonothas &c. in Francia male tractatos, conati sunt; quæ tamen in ipsos auctores redundauit, adeo vt tandem Lutherani, Calvinistæ, atque ipsi etiam Trinitarij in Catholicorum sententiam de rege è Gallorum stirpe eligendo, concesserint. Horum præcipui fuere Patinus Cracouiensis, ex Berlaskiorum, & Vilhensis, ex Raziuiliorum familia, Stanislaus Comes de Korcka, Ostrogij fratres, Palatini Cracouiensis generi Suffranciensi, Castellanus Sendomiriensis, Comes Tenchinensis, Palatinus Lublinensis, Castellani Pomesani, & Cameneiensis, Palatinus Podolice, & alij: qui omnes suis suffragijs Catholicum sibi regem eligere coacti sunt, & eum quidem qui tam insignes hætenus ab hæreticis rebellibus in Gallia, pro fratre suo Carolo IX, victorias reportarat; quique eo ipso tempore quo Rex in Polonia dicebatur in Castris aduersus Rupellas versabatur, in quibus etiam Rex salutaris fuit. xvi. Kal.

(a) *Legenda apud Brouium Tomo xxxi. Annalium & alios.*

Iun. An. 1573. Verum vt regem nostrum in Poloniam euntem comitemur, animus non est, nec sine instituti nostri ratio; quod ille nec in religione nec in statu reipublicæ quidquam memorabile eo in regno perfecit: in quod quum vix ingressus esset, A. 1574. 11. Kal. Iun. festo Pentecostes, nõ sine veneni (vti Lutheranus scriptor tradit) suspicione, mortuo fratre Carolo IX. ad aurã capessendam coronam clam, mutatis vestibus, de nocte profectus Viennam atq; inde per Italiam in Franciam non multo post redijt, ac regnum per multa pericula & miserias administravit, vt infra quando de Francia nobis sermo erit, dicerur.

III. Poloni quum Henrici reditum aliquamdiu frustra expectassent, tandem ad noui Regis electionem sunt progressi. Quamuis autem Maximilianus Austriacus Imperator multorum procerum suffragijs rex designatus esset: quia tamen Poloniam electionem Amurathi Turcarum Sultano, Austriacæ domus potentiam iam ante suspectam & iniuriam habenti, minus gratam fore intellexerant; atq; ipse etiam Maximilianus non satis mature in tam instabili hominum voluntate & re nimis quam lubrica regni possessionem adijisset; Poloni denuo exquisitis suffragijs, Stephanum Balthorum Transyluanicæ Principem, multis virtutibus commendatum & qui Annam Sigismundi, Vltimi Jagelloniorum è stirpe Regis Poloniæ filiam in matrimonio habebat, Regem sibi accesserunt. Hic vero nulla habita Maximiliani ratione magno animo regni gubernacula suscepit: quumque Amurathis sibi gratia opus esse intelligeret, ad eam captandam, Legatos Maximiliani, vt Persarum Regem de federe contra Turcas incundo sollicitarent, missos, in via deprehensos occidit. Hanc iniuriam vlciscendi, tum regni, quod Maximilianus deberi sibi putabat, vindicandi studium, nec non Turcicæ potentiaæ metus Maximilianum induxerunt, vt omnium Christianorum Principum opem contra hostes suos imploraret, animaduertens à Germaniæ Protestantibus sibi ea auxilia quæ tam euidentis periculum requiebat, denegata esse, eo quod petitionibus ipsorum in religionis negotio annuere noluisset: vt hæc de re Hungarica loquitur historia, Maximilianum interim Moscovitarum Ducis ope expeditionem in Poloniam adornantem, mors interpellauit Stephanus vero, ereptis Mosco Pleseouia & Narua, vtraque, & regni finibus ad Nouogardiam vsque illam magnam urbem, prolatis, victorijs glorio-

sus, tandem & ipse morti in prædam cecidit Anno 1586. Idib. Decemb. cum annos decem & menses septem diesque duodecim regnauisset in Polonia.

IV. Defuncto Stephano, Sigismundus Succiæ rex Polonicæ Nobilitatis suffragijs ad regnum fuit assumptus coronatusque A. 1587. xvi. Kal. Ian. Maximiliano, Cæsaris Rudolphi fratre, contra eundem à proceribus quibusdam electo, sed mox auspicijs Sigismundi victo & capto. Hanc Christianorum Principum discordiam & intestinum bellum ægre ferens Pontifex, Cardinali Aldobrandino Legato suo (qui & ipse postea ad Pontificatum fuit euectus, Clemens VIII. appellatus) eius componendi negotium, dedit: quod quidem ille singulari cum laude non perfecit tantum, verum etiam Sigismundum Regem in Catholica religione, cui innutritus fuerat, plurimum conformauit. Sic ergo pace inter Austriacos & Polonos facta, Maximilianus liber fuit dimissus. Porro is qui hodie est in Poloniæ regno rerum status, magnam nobis spem facit, fore vt in Catholica Ecclesia quotidie magis magisque reflorescat. Rex enim vt est Catholicæ religionis obseruantissimus, ita nullius alterius exercitium in sua aula permittit. Episcopi quoque in plantandis tam pietatis quam bonarum litterarum seminatibus, atque inde doctis producendis concionatoribus, nulli nec sumptibus nec laboribus parcunt: vt sunt Archiepiscopus Gnesensis, regni Primas & Legatus, Archiepiscopus Leopoliensis in Russia, Episcopi Cracouensis, Vratislaviensis, Chelmenfis, Plocensis, Culmensis, Presmiliensis, Samogitiensis, Vilsensis, Kiouiensis, Lucensis, & Iahouensis, qui quatuor in Lithuania sunt Episcopatus. Ad Catholicæ etiam religionis tam conseruationem quam augmentum, multum conferre censenda sunt assidue innumerabilium fere Religiosorum in tanto regno preces. Sed & vulgi Sacramentis frequenter vteatis, indies magis magisque crescere videtur deuotio. Multum quoque illud iuuare quis existimari, quod plerique Senatores & proceres ad Fidem Catholicam reducti, & in eam iam corroborati sunt: nec facile ad quamcumque dignitatem quis à Rege admittitur, nisi Catholicus aut de quo spes eum hac ratione ad Catholicam Ecclesiam reuocari posse. Prussiam tamen excipio, hæresimiferum in modum infectam, & tantum non perditam, cui tamen tam multa atq; atroces dissensiones futuram propediem inter-

tum minantur, & certam quaſi Catholicæ Eccleſiæ victoriã & triumphum promittunt.

V. Nullam vero firmius contra omnium hæreſeon inſultus propugnaculum excogitari poteſt, quam Societatis Jeſu frequentia in toto regno Collegia: quæ omnibus tam pietatis quam doctrinæ ornamentis ſub Patrum illorum ductu & prudenti directione ad inuidiam hodie florere videmus: Ad eò vt ſequentibus tẽporibus in duas Prouincias neceſſe fuerit Collegia domos & Reſidentias eorũ diſpartiri, nempe vnã Poloniæ, alterã Lithuanix. In Polonica cenſa ſunt in initio huius ſæculi hæc loca. Cracouiæ Domus profeſſa, Collegium & Domus Probationis, tum Collegia XIV. Poſnaniẽſe, Caſiẽſe, Leopoliẽſe, Sedomiriẽſe, Lublinẽſe, Iaſoſlaniẽſe, Luccoriẽſe, Toruniẽſe, Cameneciẽſe, Gedaniẽſe, Raueniẽſe, Oſtrogiẽſe, Fauſtoniẽſe, Breſtẽſe, præter Reſidentias IX. Choiniẽſem, Præmiſlianiẽſem, Mariæburgeniẽſem, Croſnaniẽſem, Graudentianiẽſem, Vinniciẽſem, Valceniẽſem, Bydgõſtiẽſem, Barenſem. In Lithuanica autẽ, Domus profeſſa Varſauiæ; Vilnæ Domus profeſſa, Collegium, Domus probationis & Seminarium, quale & Bransberge, tum Collegia XII Bransbergenſe, Pultroueniẽſe, Nieſuiciẽſe, Lomzẽſe, Poloceniẽſe, Rigenſe, Derpateniẽſe, Orſzeniẽſe, Krotzẽſe, Smõlenſcanum, Ploceniẽſe, Vendenſe, præter Reſidentias & Miſſiones: in quibus maior iuuentutis quæ in toto regno eſt pars educatur, & tam pietate quam litteris imbuitur, adeo vt etiam homines alterius religionis filios ſuos ad capiendum ingenij cultum ad eos mittere non vereantur: quum in ceteris fere gymnaiſijs inſcitia & barbaries graſſetur. Hi vero nec aures ſuas obſtruere, nec animos ita obfirmare poſſunt, quin ſalutares exhortationes à Patribus illis factæ aculeum aliquem relinquãt: ex quo fit, vt Sodaliũ etiam, ſpiritualibus exercitijs non minus deuote quam aſſidue vacãtium, exemplo incitati, paulatim ſacris Catholicæ Eccleſiæ ceremonijs & myſterijs acquieſcant. Vnde non inepte quis ad extremum ijs in locis interitum augurẽtur, quæ iam etiam è multis vrbibus proſtigata, in ſuburbijs hæret, vt Cracouiæ, Poſnaniæ, & alijs nobilitatibus prouinciarum oppidis, in quibus omnes cuiuſcumq; generis hæretici publicas habere conciones vetantur. In maiore Polonia maxima Nobilitatis pars ad Catholicæ Eccleſiæ gremium reuertit, reſtauratis paſſim templis quæ hæretici partim profanant, partim euerterãt; antiqua in primis & nobiliſſima Oſtrogorum, itemque

Comitum de Korſa familia, quorum illi antehæc Huſſitarum ac Picardorum, deinde vero Lutheranaſe ſectas magno ſtudio ſemper fouerant. Ex omni ſane Nobilitate pauci hæreſeos cœno immerſi manſerunt, exceptis quibuſdam in Pruſſia, Lithuania, & Ruſſia, vbi diuerſarum ſectarum magiſtratus mutuis odijs & ſimulatibus paulatim ſeſe conficiunt. Hoc tempore, immo iam dum populis illis innotuit, *Romanum Antichriſtum*, (quo nomine olim tamquam moſiolyceo pueri terreti ſolebant,) *vniverſalis Eccleſiæ eſſe Paſtorem, Dei in terris Vicarium; nequaquam vero hominem illum peccati, & filium perditionis, qui in ſuo ipſius nomine venturus, & Jeſum Chriſtum humanam carnem aſſuſiſſe negaturus eſt, à Iudaïs tamquam Meſſias & Saluator recipiendus, quo tempore æternum illud ſacrificium, Miſſæ ſcilicet ſiue Eucharistiæ, abolbitur, vti Malachia illud vaticinium omnes Patres & Doctores Eccleſiæ à ſpiritu S. illuſtrati interpretantur.*

VI. Hoc loco facere non poſſum, quin veram hiftoriã mirabilis conuerſionis ſub Gregorij XII, Pontificatu in Polono quodam factæ, recitãs, caput hoc de Polonia concludam. An. M. D. LXXV, qui Iubilæus fuit, ſenex quidam Lutheranz religionis Miniſter Polonus natione, non tam ex deuotione quam curioſitate quadã Romanam illã Babylonem, Anno iſto Conuſionis (ſic Iubilæum appellabat) viſendi, quum Romam proſiciſci decreuiſſet, eodem quo ceteri religionis ergò peregrinantes habitu iter ingreſſus, & cũ iſdem commuẽ, S. Trinitatis nomine appellatum hoſpitiũ ingreſſus, triduum in eo, vt exacte omnia contempleretur, permanſit. Eius vero Societatis curam tũ gerebat Ferdinandus Medices, is qui hodie magnus Hetruriæ Dux eſt: qui vnã cum multis alijs proceribus, hoſpitiũ pedes abluere ſolebat. Inter quos cum Miniſter hic forte eſſet, tantam in tanta dignitate humilitatem, vt & Pontificis in viſitãdis Eccleſijs deuotionem & pietatem admiratus, ac tandem loca ſacra in quibus S. Apoſtolorum & aliorum Sanctorum reliquiæ aſſeruantur, ipſe contemplatus, torius denique velut Mundi vndique ad reddenda Deo vota & fundendas ad S. Apoſtolorum & Martyrum tumbas preces eò concurrentis religione obſtupefactus: diuino monente ſpiritu ad pedem altaris genibus innixus oculos aperire cœpit, iſque ad cœlum eleuatis, quamuis aliud animo volueret, vt qui ſpectandi cauſa tantum eò venerat, vehementer ingemiſcens, & Conſilium de vita & religione mutandis amplexus, prope e

media turba se proripuit, & ad S. Petri Basilicam accurrens, ad pedes Pontificis qui in sacello tum ibi erat, procidit, eos iterum atque iterum deosculatus, lachrymis & singultibus interim voce interclusa, ne verbum quidem proloquutus. Pontifex ratus hominem forte esse, qui nefarii facinoris sibi confcius, id alijs audientibus propalare nollet, præsentes aliquantū se cedere iussit, ut solum audiret: at ille recuperata voce, exclamans, *Minime, inquit, Pater sancte, sed iube hos manere: quippe peccati mei magnitudo poenitentiam postulat publicam. Vrginti tres ja sunt anni, ex quo Sathana sui Minister: at iam posthac Iesu Christi iussu, Ecclesia seruu esse cupio: ad quam, Sanctitatem Tuam humiliter rogo, ut me admittere & transcribere velit.* Tum Papa hominem de singulis diligenter interrogatum, ipse quoque illachrimans, impetrata benedictione, ad Cardinales quosdam remisit: a quibus ille examinatus & absolutus, & sacra Eucharistiæ communionem munitus, quū æstu ardentissimo pleraque loca sacra visitasset, nō multo post in morbum incidit, & in Xenodochiū S. Spiritus delatus, post triduum animam Deo reddidit, vixit gaudere se dicens, quod post tot tantaque pericula ad portū salutis tandem appulisset. Eius audita morte, Pontifex, apud quem tunc erant P. Hieronymus de Marca, & P. Bernardinus de la Poste, Capucinus, sublati in cælum oculis, in hæc verba cum D. Paulo Apostolo erupit: *O aliusudo sapientia! Quam multi miseri peccatores vel in monasteria vel in deserta se conferunt, ut peccata sua poenitentia & vita auferantur: & hic tantus peccator tribus tantum diebus vera animi contritione peccatorum remissionem & paradysum promeruit!* Complura sane eiusmodi hominum exempla habemus, quos Deus vix ad Ecclesiam reuerfos, & in statu gratiæ constitutos, ad se euocauit, & ad cœleste regnum extra omne periculum transtulit: inter quæ Poloni huius Ministri non est extremum.

## DE RELIGIONIS IN DANIA ET Noruegiæ regnis mutatione.

### CAPVT XIV.

#### ARGVMENTVM.

- I. *Christiannus ex Dania regno eiicitur.*
- II. *Eius successor à Protestantibus ad commune sedus sollicitatur.*
- III. *Lutherus quosdam sua farina theologos in Daniam mittit.*

IV. *Caluinismus in Dania gliscit.*

V. *De Noruegia regno.*

I. **E**vangeliū Iesu Christi in Dania sensim plantatū est, primus gradus inferendi in Daniam Euangelij factus est Bremæ, per S. V. Villehadū tempore Caroli Magni, constituto Episcopatū, secundus Hamburgi constituto Episcopatū cui à Carolo M. præpositus est Heridagus, ut is Danis Christi notitiam inferret, sed is sæuiriētibz Danis parum in ea gente profecit, donec sub Ludouico Pio Haraldus Dania Rex exul, ab eo in clientelam receptus & Christianus effectus Mogontia, in regnum est restitutus, in illis cū eo Apostolicis viris in primis S. Anshario Bremensi Episcopo, qui geres septentrionales Christi Regno subiicerent, quod etiam fieri captū instabili vt cunq; fortuna, donec plenius aspirāte diuina gratia tempore Ottonis II. Imp. sedes Apostolica Romana in qua Dei in terris vicarius, quasi in puppi Ecclesiæ residens pro salute omnium assidue excurbat, manū Regno Dania potentius apposuit vt miseros idololatrias à seruitute Sathanæ in beatam filiorum Dei libertatem vindicaret. Ab eo tempore Regnum hoc vera Fidei, quæ nusquam nisi in Romana seu Catholica reperitur Ecclesia lumine illustratū, in perpetua diuina claritatis profecione ac soliditate permanfit, donec A. M. D. XVI. Luthero in Germania tumultus aduersus Ecclesiam Catholicam concitante, Regnū hoc cū vicinis in veteres tenebras, est relapsum, (a) cuius ruina hæc fuit occasio. Imperabat in Dania ac Noruegiæ regnis Alteburgiū Stemma, & ex eo præerat Christianus I. qui etiam A. 1474 Romam religionis gratia ipse adijt (b). Huic nati sunt ex Dorothea Brandeburgia, filij 4. nempe Olaus & Canutus in primis annis defuncti, item Ioannes & Erikericus, diutius superstites, Ioannes Patri suo A. 1482. xi. Kal. Iun. defuncto Hafniæ successit in regno Dania ac Noruegiæ, item Sueciæ, (quod pater eius Christianus deficientibus adscā Rege suo Sueciæ adiunxerat (c). Sed Regnum Sueciæ ei diuturnum non fuit, nam rebellantibus Suecis Christina vxor eius, Filia Ernesti Saxonie Electoris, Stockholmia capta, vix tandem post biennium minis Imperatoris & Pontificis

Roma.  
a Ioan. Adolphi Cypraus Annal. Slesuic. cap. v. p. 13.  
b Reusnerus in opere Genealogico. pag. 360.  
c Reusnerus Lutheranus loc. cit. & Henninges part. 4. Genealog. Sueciæ ac Dania.

Romani dimissa, A. 1503. à Rege Sueciæ Stenone de Stueræ ad fines Danicos est reducta & dimissa. Iniuriam suam Ioannes Rex quidem 5000. armatorum ulcisci voluit, sed A. 1509. à Lubecensibus, nauali prælio victus, nihil efficere valens Alburgæ, in Iulia vel Cumbrica Chersoneso obiit A. 1513. x. Cal. Martij. Superstes erat eo moriente, & hæredè regni relinquente Christiano II. ex Christina Saxonica natum, Fridericus I. frater Ioannis Regis, Dux Slesvici, Holsatiæ, VVagriæ & Stormariæ, male contentus, quod paucis tertis ipse, Ioannes potioribus usus fuisset, neque vero clã fuit, inquietus Friderici animas qui malorum eunctorum imperium hæresios portã in tria postea regna aperuit, Christianus tamen II. magno animo aggressus paterna regna, de affinitate potente & sibi domi, & aduersus rebellantem Sueciam circumspecti, & Gotscalco Slesvicensi Episcopo in Belgiũ misso Isabellam Sororem Caroli V. coniugẽ A. 1515. impetrauit. Indignabatur Fridericus Christianũ II. patri uellem suum tanta fortuna euechi, utpote qui sibi videbatur tãto fieri importetior, quãto ille amplius affinitate tanta eueheretur. Itaque cum habuisset coniugem è Brandeburgica domo Annam Ioannis Electoris filiam, A. 1514. defunctam, dein de Sophiam Bugislaui X. Stetionensium. In Pomerania Ducis filiam, quando in Saxoniz ac Brandeburgicis ditionibus efferebatur audacia Lutheri, in suas ditiones Fridericus iste, quoque nouos doctores irerere tanto facilius permisit, quãto per hos, Cæsaris hostes, & Saxonis acque Brandeburgici Electorum amicos, sese validiorem aduersus Christianum II. affinem Cæsaris fieri posse opinabatur, conciliatis religionis similitudine animis, cuius vinculo nullum inter mortales fortius reperiri solet. Christianus II. per Carolum V. potentior effectus rursus sibi subijcere molitur, Suecos, qui iam in Stenonem, ut Regem, aduersus Christianum I. coniurando conserant, & conqueuerant; Gustauum etiã Regni Suedici Archiepiscopum, quod Christiano Daniæ Regi se opponere nollet, fugatum in arce Stega obsidebant. Cum igitur is per Christianum Regem esset obsidione liberatus, & in Daniam traductus, Sueci Stockholmij denuo conuerant, se ne quid Pontificis autoritate interveniente voquam Gustavum Archiepiscopum recepturos. Sed, Lutheri templo Germanico, quicquid in eius causa statuere ac decerneret etiam Papa, nihil ponderis ac momenti apud se habiturum esse, neque ulli uitæ ac fortunarum periculo sententiam esse mutatuos. Denique, cuiuscumque etiã cri-

minis ac facinoris, sua violata Ecclesia obedientia, seu Laica Maiestatis Regni ac imperij in posterum rei agerentur huiusmodi culpam ac poenam, qualiscumque ea fuerit omnibus & singulis ex æquo communem fore. Hoc Decretum, haud dubie Schismaticum, cum ad aures Pontificis Romani Gustavus Archiepiscopus incitante Christiano II. derulisset, atque Concilium Romæ eam ob causam conuocasset, sententiam tulit, aduersus Schismaticos, eius executionem Christiano Regis per literas demandauit; qui per se ad eam rem curandam exactissime erat inclinatus. Itaque Suecos bello aggressus urbe Stockholmensium dedita, acceptoque fidelitatis iuramento, Rex Sueciæ à Gustavo ante dicto Archiepiscopo coram Carolo V. Imperatoris legatis, est coronatus, & cõdonata offensa multitudini promiscua, de authoribus iniuriarum & Schismatis principibus sumpsit supplicium, acceptisque obsidibus in Daniam est reuersus, Pontifex vero legatum Ioannem de Potentia Cardinalem in Sueciam misit ad ea quæ gesta erant, rata habenda & res eius regni sacras ordinandas, Dum ea geruntur & Christianus Rex Daniæ apud Imperatorem versatur extra Regna sua, in Vinceribus Regnorum eius carcerum malum increfcit, tam in Dania quam in Suecia. In Suecia, noua conspiratio duce Gustavo Erici, nuper Stockholmiz ob Schisma capite plexi, filio, qui obses in Dania fugerat ope Lubecensium; in Dania vero molitione Friderici Ducis, patru Regis alia factio hæreticorum. Ad quos motus compescendos, dum cum externo milite in Daniam reuolat Christianus I. Rex, Catholica fidei studiosissimus, prodicione suorum, utroque regno prius se exurum sensit, quam suspicaretur: Dani in centore Friderico recubant exterbum militem per suas terras in Sueciam duci; Sueci crudelitate eius se laesos querebantur. Ita Christianus Rex impositis rebus suis per nauas in Belgium ad Carolũ V. effugere coactus, decennio exulauit. Et quoquam metu Imperatoris Isabella Regina in regnum inuitaretur, illa tamẽ ire sine marito ad rebelles recusauit. Interea Fridericus I. patruis Regis exulantis suffectus in locum Regis ferendæ hæresi, in suis terris occasionem dedit, suis rebus firmandis ut putabat, non in commodam religionem valde aptam ad demulcendos animos hominum in Malum pronos. Ea occasione Lutheri Locusta gnauiter, vsi sunt, & impij quidẽ Apostata in regno ipso, à fide & castitate desistentes, vsi sunt, donec A. 1532. Christianus II. exul Collectis demum nouis copijs naualibus ad recuperandum regnum

regnum reuersus à Friderico patruo in Norvegia captus bello, xxvi. annos in carcere Sunderburgi agens, vitam finiuit, viii. Kal. Febr. A. 1559. utramq; fortunam luculentissime, sed peiorem diutissime expertus, Regni & Religionis veræ Catholicæ studio in miserias deuolutus, quod Studium in illo crudelitatis titulo A Catholicis obvolvendo multos Catholicos sefellerunt, qui rem altius scrutari neglexerunt (4).

II. Christiano igitur II. seu Christierno tam exulante quam post reditum captiuo, Fridericus I. illi suffectus Daniæ quidem & Noruegiæ regna adeptus est; Suecia interim ab alio occupata, vt sequenti capite amplius dicetur. Quamuis autem Christierni filius Ioannes ex Isabella Austriaca Caroli V. Imperatoris sorore prognatus, ab auunculo instanter petijisset, vt ipsius ope in paternum regnum restitueretur: impetrare tamen nihil potuit, Imperatore tñ alijs grauissimis bellis occupato. Per id tempus Protestantæ Smalcediæ conuentum agentes, videtes Fridericum Regem Daniæ æque ac ipsi circumspicere auxilia aduersus Cæsarem, si is incumberet, A. 1528. novum illum regem de federe cum ipsis inuēdo, & paulo post de Augustana recipienda Confessione sollicitarunt: quod etsi Fridericus nō grauate facturus videbatur, aperte tamen facere ausus nō est, veritus ne quid ab Episcopis, quorum magnitudo erat potentia, in regno nondū bene firmato contra ipsum tentaretur; Euangelij nihilominus amplectendi (sic enim loquebatur) cupidum se esse demonstrans, petebat vt Noui Prædicantes ad se mitterentur, qui antiquam fidem paulatim ex hominum animis euellerent & velut aliud agentes, nouitatis depulso odio, sensim Ecclesiis reformarent. Sic ille alieni regni vsurpator vt se firmaret auxilijs cōtra Cæsarem fortasse Christierno mittendis Lutheranis portam aperuit, qui in regno turbulento mox inualuerunt. Itaque An. 1526. Monachus quidam Fridericus apostata ab ordine suo, rō pro carcere, in quem ob maleficia & facinora compactus fuerat, Slesuicum Nouū Euangelium quasi Novus Apostolus intulit & in summo templo concionari orsus indies Canonicos & Pontificios calumnijs virulentæ & petulantissima lingua pro scindēdo accerrime debacchabatur, & eos plebi exosos reddebat, cui ita placuit, vt ea hunc sibi cum tumultu pastorem dari postularat à Friderico, vt dictum est. Rege, qui importune flagitantibus ciuibus non aliud respondit: *quis Fridericū vobis inuidet ac admittit. Habetote illum.* Simili ratione alij apostata, & à nemine auctoritatem habentes sub-

intiaantes prophetæ religionem veterem septingētis annis radicatam eradicare cœperunt, inter quos fuit Marquardus Sculdorp, qui sororis suæ filiam in vxorem duxit, quod factum cum Catholicis merito summopere detestarentur Lutherus V Vittebeigenis Pontifex contra Ecclesiæ sensum edito scripto excusauit, vt & Ambsdorfus, quem præuaticatorem deinde cum homines impunē fecisset, Deus vitæ Dominus sudore Anglico A. 1529. percussit ex incesto coniugio auulsi. Eodem A. 1526. Fridericus Rex Poloniæ regni comitia habēs, inter quos & Episcopi erant, plane pessundedit Religionem Catholicā omnibus edicens, vt secundū Reformationē Euangelij speciose, præfensi cūctæ Ecclesiæ restaurarentur. Episcopis autem carcer perpetuus, aut bonorū suorū possessio, in optionē data est, obtulit tunc Slesuicēse capitulū canonicorū 12000. Regi, ne Religio à Luthero inuenta introduceretur, sed vt in Veteri Catholica & Apostolica religione & fide firmiēt & cōstanter permanerēt. Verumtamen Catholica fides argute subuersa est, quod externis cæremonijs saluis, alius sensus est substitutus, donec & illæ paulatim tollerentur sine sensu. Eo modo Daniæ Lutherana apparuit & nesciuit, Episcopis quibusdā apostatantibus paucis aut vno restitante, qui in carcere obiit.

Friderico I. Rege ad eum modū ingresso, & demū A. 1533. iv. Id Aprilis defuncto, nemine iā pro Christierno captiuo pugnante, comes Palatinus Rheni & Bauariæ Dux Fridericus II. qui Dorotheā Christierno II. Regis etiamnū captiuū filiam coniugem tenebat, regnum ad se tanquā legitimum successorem pertinere iactabat. Vnde noui motus per Daniam extiterunt. Sed Dani, iam in hæreticam libertatem præcipitati, memores, quod Friderici I. Regis filius Christiernus, seu Christianus adolescēs ex aula Ioachimi I. Electoris Brandenburgici, ac literarum studio reuersus parenti suo auctor fuisset vt abiectis Maiorum sanctis institutis, tanquā minus convenientibus scripturæ, à Luthero in mundū reductæ, puram scripturam, toruabilem ad omnem sensum, amplecteretur, & Religionem carni & sanguini per commodam tanquam rectæ rationi congruentem teneret, eundem Christiernum III. Regem dixerunt (5).

III. Vt autem dilucidius appareat posteris quid Lutherus ad Danici Regni peruersionem operæ attulerit inter antea memoratus turbas, silentio  
Ccc præ-  
d Cypraus in Annal. Slesuic. Resuenerus in opere  
Geneal. &c. c Cypraus, in Annal. Slesu. Resuenerus. &c.



præteriri non debet, quod Lutherus è Saxonica sua specula omnia rerum momenta obseruans & temporibus insidians quosdã regni proceres, quibus doctrinam suam non displicere intellexerat, litteris exhortatus est, vt sicut Christierni tyrãidem à se depulissent, sic à Papæ quoq; seruitute se ac regnum liberarent: duo maxime valida ad id tela subministrans. *Episcopos enim & ceteros Ecclesiasticos monuit, vt intolerabile illud coelibatus onus à se abicerent: seculares, vt bona & opes cœca quadam & indiscretæ pietate & deuotione à maioribus Ecclesijs donatas, ab eisdem repeterent: atque hoc modo illos carnali voluptati, hos vero bonis Ecclesiæ inbiantes, facile in sententiam suam adduxit.* Quum veto regem de instauranda Halsoiensi Academia cogitare intellexisset, Theologum sua quasi manu formatum ad eum misit, *Ioannem Machabaum nomine, natione Scotum: qui quod in Scotia Moniali quadam iuuenicula abusus esset, mutato habitu in Hollandiam traiecerat, atque inde ad Lutherum tamquam ornatum eiusmodi facinorum asylum, Vitebergam confugerat.* Hic in Daniam appulsus, quum suo exemplo, tũ doctrina multos excitauit, vt abiectis cucullis, vxorij voluptatibus frui quam coelibem & austeram vitam agere mallet. Rex in primis, ætate adhuc iuuenis, faciles Lutheranis aures præbuit; & quia Protestantes magna ipsi contra quoscumque, qui controuersiam ipsi de regno moturi essent, promittebant auxilia, facile induci se passus est, vt eorum federi nomen daret. Circa id tempus, nimirum Anno M. D. XXXVI. Lutherus decretum illud, quo quid de ijs quæ inter ipsum & Bucorum hætenus econtrouersa fuerant, sentiendum esset, statuebatur, ad hunc regem in Daniam quoque misit, quod ille amplexus, exclusis Zvinglianis deinceps Lutheranæ religionis professionem præ se tulit.

Inter Episcopos interim boni & sinceri imbecilliores erant, quam vt Regis conatibus possent resistere: mali & mercenarij, Episcopales redditus thoris suis maritalibus associare cupientes, etiam vtrũ regem incitabant: qui Ioannem Bugenham Pomeranum Vitebergensem Theologum à Luthero missum non tantum summæ cum gratulatione excepit, verum etiam à concionibus sibi, immo quasi totius regni Metropolitanum esse voluit: adeo vt cum antiquo more regibus corona à primario regni Episcopo imponatur, Christianus hic III. à iam dicto Pomerano vii. homine de po-

stremis populi coronari voluerit, vsurpatis ceteris omnibus ceremonijs, quæ antiquitus in eiusmodi actu solebant adhiberi. Regis exemplo obsequutus populus, quam voluit doctrinam facile recepit. Tanto vero omissior ac minus periculosa hæc fuit mutatio, quod antiquæ & in Catholica hætenus Ecclesiæ vsitatae ceremoniæ in sacris peragendis omnes fere retinerentur, vt & ornamenta & vasa sacra: & omnis vis à templis & locis sacris abstineret. Nam & altaria eodem situ permanebant, & super ea Crucifixi, in ijs vero duodecim Apostolorum & aliorum Sanctorum imagines, eodem ornatu, iuxta ceteris accensis, visebatur: Prædicans eodem quo apud Catholicos ornatum sacrum, instar Missæ, peragebat; Vesperæ & Matutinae aliaque Officia in Ecclesijs more solito decantabantur; in S. Eucharistiæ communionem etiam nihil ferè mutatum cernebatur, quam quod sub vtraque specie porrigeretur, ita flagitante populo, quem difficile erat erudire quam prudenter Ecclesiæ in eo fecerit, quod laicis communionem sub vnanatum specie dari iussit, vt alias diximus. Hæc, inquam, videns populus, mutationem hanc vix sensu perceptam, facile tulit: & talem formam religionis qualem Principi placere animaduertebat, ex manibus eius recepit. Nimirum,

*Componitur orbis*

*Regis ad exemplum Nec sic innectere sensus*

*Humanos edicta valent, vt vitæ regentis.*

*Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.*

Idem Rex quum Sacerdotes & monachos ad incestas nuptias certatim conuolantes videret, tanto lubentius id se permittere dixit, quod alienarum vxorum pudicitia non facile posthac insidiatur osperaret.

IV. Etsi vero mutata in Danicæ regno religione, è Germania passim Prædicantes magno numero accurrerint, Sacramentarij tamen, Zuingliani & Calvinistæ diu in eolocom non habuerunt. Tandem Mariæ Angliæ regno adnota, *Ioannes Lascus Nobilis Polonus, Zuinglianæ, quæ ibi fuerat, collectas Ecclesiæ reliquias duabus nauibus imposuit, & cursum Daniam versus direxit, sperans Regem è tam miserabili naufragio eluctatosi non alio, eo saltem nomine non grauare recepturum, quod ipsi quoque acerrimi Romanæ Ecclesiæ essent hostes.* Appulsus ergo, Regem adit, cique

eique non socrorum tantum & comitum, verum suas etiam, vt qui ob religionem à patria crudeliter proscripti essent, miserias demonstrat: & hospitium ac sacra suo more faciendi ac docendi libertatem petit. E contra Lutherani Regem monent, etiam atque etiam caneret sibi ab eiusmodi hominibus, nec ipsorum, qui Papistis multo peiores essent, doctrina regnum suum infici pateceretur. Præ ceteris *Paulus Nouiomagus* Regis Concionator execrabiles eorum blasphemias de Sacramento altaris & reali corporis ac sanguinis Christi in eo presentia Dei que omnipotentia pluribus demonsttrauit. *Lascus interim & Vtenhousius* Regem vrgeret atque obsecrare non cessabant, & regentis in Lutheranos conuicijs, ipsos tamquam hæreticos & seductores, qui doctrina sua semipapistica & regem & populum perditum irent, increpabant. Eodem etiam aliunde *Anabaptista & Trinitarij* quidam accurserant: sed tam hos quam illos Rex edicto quamprimum regno excedere iussit. Mirum est quantum utriusque, *Lutherani scilicet & Calvinisti*, in Prophetæ quisque sui auctoritate præsidij sibi quaerierint; quamuis Lutherus iam esset mortuus, Calvinus vero adhuc viueret. Lutheranus clamabat, *Lutheri & D. Pauli Apostoli doctrinam unam atque eandem esse*. Calvinista e contra occinebat (f). *Lutherum hominem fuisse, & errare potuisse*. Tum ille: *Quid tu sis, Lutherum in doctrina errare potuisse, qui primus Euangelij lumen pane extinctum, saculo nostro rursus accendit?* Et si vero Calvinisti quod replicarent non deceret, Lutheranis tamen cedere, & collectis sarcinis aliud migrare coacti sunt. Discedens *Lascus* ad regem scripsit, ad tantæ iniuriæ Deo & Ecclesiæ illatæ violationem, cælum ac terram inuocans. *Ecce* (inquit Auctor Historiæ de Confessione Augustana) *quomodo audaces & temerarij isti homines etiam Reges, Principes ac Magistratus aggrediuntur, ipsorum comitibus sese opponentes*. Idem ait, prudenter regem fecisse, tam malos hospites mature eijciendo: atque optandum esse vt omnes Christiani Principes idem faciant, ne Sacramentarium illud virus longius proserpat. Hæc ille. At postquam *Christianus III.* qui usque ad Anno 1559. regnauit, Hollandis & Angliæ non negocianditantum in regno suo, verum etiam religionem exercendi facultatem concessit, paulatim Calvinismus ibi inualescere cœpit. Toto tamen regno non pauci Catholici etiamnum inueniuntur; quos in oc-

culto sacerdotes sæculari habitu vestiti docent, & consolantur, donec tandem Deus ex hæreseos tyrannide ereptis, veræ & Catholicæ religionis vsu ipsis ac toti regno restituat. Postem equidem hac de re multa ab alijs mihi suggesta speciatim referre; sed quia novos nostros Evangelicos non tantum reum suarum satagere, verum etiam ad ea quæ in longinquis prouincijs geruntur aures arrigere atque oculos emittere non ignoro (non illaudabili sane zelo, & causa bona esset; vt qui decepti in media perditionis abyssu salutem suam operari se falso sibi persuadent) vocem & calamus contineo, ne ijs qui veram Iesu Christi Ecclesiam in his in locis restauratam cupiunt, periculum aliquod creem.

V. Eadem tempestas & calamitas quæ Daniæ, Noruegiam quoque affixit ac vehementer concussit. Inguenti primum hæresi Archiepiscopus quidem *Nidrosiensis* magno animo sese vnâ cum populo fidei suæ commisso opposuit: sed tandem manus dedit, partim Danorum violentia, partim alterius Episcopi ignauia & exemplo victus, qui cum è captiuitate euadendi nullam aliam rationem videret, è *Lutheri*, vel potius hæreseos, cuius meretrix illa *Babylonica* in Apocalypsi figura est, calice bibita, vti & plures Canonici & Ecclesiastici, qui libertatem illam vxorem ducendi, & nihilominus interim Ecclesiasticis bonis & dignitatibus fruendi, obujs vlnis amplexi sunt. Res tamen valde mira est, quod etiam si regni huius incolæ iam sexaginta & amplius annos Catholicæ religionis priuati sint exercitio, eius tamen etiam rustici homines, quasi per manus traditam memoriam seruant. Mihi quidem cum multis ex eo regno in nostrum portum appulis sermo fuit, affirmantibus, nunquam isthic maiorum siue Catholicæ religionis sine multis querimonijs & lamentationibus fieri mentionem; omnesque calamitates & miserias eius mutationi vel profligationi vulgò adscribi. In Noruegia certe postquam fama percrebuit, Sacerdotes quosdam sanctæ & Catholicæ Societatis in Sueciam appulisse (vt sequenti capite ostendam) quamplurimi in mag-

Ccc 2

nam

& Vide repetit. Conf. August.

nam sperere & i sunt, fore ut aliquando in sua quoque patria Catholica religio velut postliminio restitueretur. Sed dies ille arcano Dei arbitrio ad huc reservatur.

Interim illud miraculo non caret, quod Deus passim in rudium illorum & agrestium hominum animis integram & perfectam veram religionis notitiam conservavit: sic ut ideo religiosi scientijs destituti videantur, quo magis fidei & spiritu abundant, & nihil sciendo sint omniscij, quam nihil habeant de quo dubitet, aut quod curiosius indagandum putent vel quod vitijs careant, per quorum gustum seducuntur, qui pereunt. Bene & apposite ad hanc rem Tertullianus ait, *Nihil scire, est omnia scire*. Et Saluator noster ipse divinam hanc suo ore pronuntiavit sententiam. *Beati pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum celorum*. Simples fuerunt & rudes homines, qui Christum Salvatorem gratulatorio illo cantico *Osanna*, exceperunt: quum Scribae & Pharisaei, *Crucifige*, Pilato occinescent. Apud rudes & simplices homines, tamquam magis fideles & constantes, religionis Christianae veritas multis in locis tamquam fidei ipsorum commissum depositum mansit. Notat Bellonius, universam Armeniorum nationem etiam postquam Turcarum tyrannide oppressi sunt, in Christiana fide ad nostra usque tempora iuvialibiter persistisse: eoque videri singulari Dei beneficio factam, ut quamvis multae aliae Christianum profitentes nationes Turcarum imperio subiant, soli tamen Armenij Christianorum nomine indigentur, sic ut Armenianum aliquem nominare, idem sit quod nominare Christianum, & si quis Armenianus Mahometismum amplectatur, jam non amplius Armenianus dicatur, sic enim servus ejus diceretur, quae abnegasse noscitur. Sed jam tempus est ut de Daniam viciniam Sueciae regnum trajiciamus.

**QVOMODO GUSTAVUS SUECIAE REGNO occupato ad faciliorem sui defensionem religionem mutavit.**

**ARGUMENTUM.**

**CAPUT XV.**

- I. *Gustavus Sueciae regnum invadit.*
- II. *Lutheranis locum dat.*
- III. *Infamia Ecclesiasticorum coniugia, & mira con-*

*Infamia Religiosorum.*

**IV. Gustavus religionem mutat.**

**V. Miserabilis eius exitus.**

**I. V**T Sueciae in Haereticis abyssum precipitaretur status clarius percipitur, cum paulo altius repeto, nempe Suecos circa eadem tempora, quibus Dani, ad fidem Christi Catholicam tempore Carolingorum & Otronum Imp. paulatim adductos, Anno 1130. S. Ericum Regem habuisse, qui Anno 1160 occisus est, & SS. Catalogo adscriptus a Pontifice Romano. Ab eo tempore in Fide Catholica iidem persistere sub Regibus de S. Erici sanguine prognatis usque ad An. 1363. quo Magnus cognomento Smechius, Rex a proceribus ob libidines & tyrannidem pulsus solam Gothiam occidentalem retinuit, in reliqua Suecia succedente Alberto Megapolestem ex Germania Duce, qui Euphemiam Magni praedicti sororem matrimonio iunctam habebat, ex quo porro Reges Sueciae prognati regnarunt, usque ad Christophorum coronatum Upsaliae An. 1438. qui An. 1448. obiit sine prole post quem Carolus Canuti Torde ex alia familia electus a Suecis, Anno regni sui octavo rebellionem eiectus in exilium, locum dedit Christiano seu Christiano I. Danorum Regi, qui viduam Christophori Suecorum Regis matrimonio sibi copularat. Sed & ipse eiectus a Suecis, post septennium revocato Carolo exulante, qui demum Anno 1470. obiit Rege vacuum regnum sine haerede reliquit, quod Daniae Reges Joannes Christiani I. filius atque Christianus II. filius Joannis sibi successive vendicantur, non sine damnis & claudibus ultero citroque datis atque acceptis, donec Christianus II. Rex Daniae, uti capite praecedente narratum est, sententia adversus schismaticos Sueciae proceres Romae latae executor, in visus factus Regno penitus est exclusus Anno 1521. quo iam mali genij, per Lutheri apertum puteum Abyssus, in Septentrione, grassandi acceperant potestatem, nam Christiano in Daniam reverso cura obsidibus, dum incaute obsides custodiuntur, Gustavus Erici Trollij Equitis Aurati (qui cum 60 proceribus, duobus Episcopis, VIII. Novemb. An. 1520. titulo schismatici Stockholmiae fuerat occisus) filius, die quodam venarum exire se simulans, assumpto equitis seu stabularij habitu, clanculum aufugit An. 1519. quumque Lubecam pervenisset, quis esset aperiens, ac civibus, si eorum ope in patriam reduceretur, tam in expositandis quantis

importandis mercibus immunitatem à vestigalibus pollicitus, accepta oneraria, in patriam reuectus, eicctis Dasis, bicui maximo illo & florentissimo totius Septentrionis regno potitus est A. 1523. 6. Iunij solemniter Rex renuntiatus.

II. Ita Gustauus hic Suecica corona potitus, quamuis ab Episcopis & Prælatiis in occupando regno plurimum esset adiutus, Catholicam tamen religionem mox Anno 1527. 18. Maij qui dies S. Erico est Sacer (a) iniquissimè profligauit, & Lutheranam substituit; sic vt suo illi iumento malum sibi arcessiuerit, iusto Dei iudicio, vt qui Hominis ex schismatico patre nati iniustis conatibus fuerant patrocinati. Huic vero mutationi præcipuam causam dedit Odium Romani Pontificis ob schisma punitum, & mala informatio rerum credendarum, & commercium apostatarum, quibus postea accessit affinitas, quam nouus rex multis vndique difficultatibus circumseptus cum Saxonica domo contrahere statuit, ducta in matrimonium Catharina F. Magni Ducis Lauenburgici sorore, vt Germanorum armis & opibus se muniret. Deinde totus in ararij curam incubuit, vt qui pecuniâ belli neruū esse sciret. His cogitationibus dies noctesque occupatum quidam à secretis monuit, nihil opus esse, ab extraneis pecuniam, exactis acerbis vestigalibus, cum summa inuidia extorquere; superesse in regno rationes, quibus ærarium locupletari possit, si nimirum bona Ecclesiasticorum ei inferantur, relicto illis quantum ad vitam honeste & frugaliter sustentandam satis esset; & præcipuis procerum parte etiam, aliqua inde decisa, vt hoc obiecto bolo, os ipsis occludatur, & publica utilitas cum priuata coniungatur. Hoc ille consilio vsus, qui insuper primos adolescentiæ annos in Germania exegerat, & Lutheranae libertatis lorum degustarat, Lutheranis liberum aditum concessit, qui hactenus clam tantum irripere soliti fuerant: qui statim incredibili studio Biblia in vulgarem linguam traducta, aliosque de religione tractantes libellos disseminarunt, ac magnum magistrorum ac prædagogorum numerum summisserunt, qui Nobilem iuuentutem erudirent; ac non multo post è scholis ad templa translatis, populum nouam docerent religionem.

III. Secretarius ille à quo consilium istud regi suggestum fuisse diximus, vnam ex præcipuis Ecclesiasticis dignitatibus à rege obtinuit, ac Lutheranorum res deinceps valde promouit: ducta e-

tiam publice vxore, vt suo exemplo ceteros ad idem faciendum incitaret, nequaquam irritò conatu: quandoquidem non pauci eodem pruritu instigati, de eiusmodi supellectili domibus suis prospexerunt. Certissimum tum inter Ecclesiasticos recte intellecti Euangelij habebatur argumentum, vxorem ducere; adeo vt matrimonium instar Tacillius, quò fideles obsignati leguntur, & *rex christi* veræ religionis haberetur, quam nemo recte posset intelligere, nisi qui, vt alter Numa Ageriam, haberet. Quamprimū quis cum Ecclesia diuortium fecerat, statim vxorem ducebat: & vt in schedis quas penes me habeo perscriptum est: *In signum relicta Ecclesia cogebantur vxores ducere.* Dici non potest quam multæ tum passim toto regno infames, & incestuosæ, ac Deo atque hominibus iniuræ nuptiæ celebratæ fuerint. A fide dignis proditum inuenio, Stocholmiensem Archiepiscopissam, magnum sanarum numerum primo partu; & aliam pro infante, cæcæ opithecum eoriam esse. In tanta tamen confusione ac fœditate, tantisque diaboli. Mundi & carnis tentationibus Virginum Deo dicatarum constantia mirifice eluxit; quæ nec precibus, nec promissis, nec voluptatibus, nec miseris ac paupertate ad quam redactæ fuerant, à sanctissimo perpetuam castitatem conseruandi proposito dimoueri potuerunt, vt Possenius testatur. (b) Gothi etiam plerique maiorum religionem modis omnibus eutati sunt, eodemque animi sensu hodie etiam magno cum desiderio Catholicæ Ecclesiæ in toto regno instaurationem expectant, vaticinio S. Brigittæ alias Birgittæ conformati; quæ sanctissima persona fundatrix ordinis S. Saluatoris apud Suecos nata, Et nuptia in singulari est veneratione: cuius etiam multa vaticinia circumferuntur, quibus & hæreseos incrementum & ruinam, & Catholicæ Ecclesiæ persecutionem & victoriam prædixit. (c)

VI. Confecto opinione sua facilius negotio, & mutationi illi eo vultu inducto, vt quamuis noua illa religio esset, veteris tamen illius Catholicæ plane gemina videretur. Neq; enim externis in rebus & ceremonijs quidquid aut parum certe mutatum fuit. Manserant Archiepiscopis, Episcopis & Sacerdotibus antiqua nomina; Missæ sacrificium iisdem fere ritibus quibus apud Catholicos per-

ccc 3

a Henninges Lutheranus in Genealogiarum 4. parte  
b Possen. in Refut. Davidis Chytrati. c Vitæ Aquilonis  
& Vita S. Birgittæ ac B. Catharinae filia eius.

gebatur. nam & hostia consecrata à sacerdotibus elevabatur, & ad elevationem quæ tamen ab multis post abolita, campana pulsus sonabat. Baptismus quoque pristinam formam retinebat: omnes denique Ecclesiasticæ ceremoniæ, paucis exceptis, observabantur: nec in templis quidquam mutatum conspiciebatur. His, inquam, confectis rebus, rex procerum quosdam maiorem mutationem moliri sentiens, ut hanc gloriam, si diis placet, eis præriperet, primum Monasteria & Religiosorum Convètus destruere animû induxit, ociosorum & inutilium hominum receptacula esse dictans. Et hac quidem arte brevi ille Monasteria ad solitudinem redegit, eorum vero exuvijs fiscum non mediociter locupletavit. Quin etiam ne ulla spes esset recuperationis, complura solo æquari iussit; exstructa ex eorum ruderibus arce, in qua postea ipsius liberi captivi fuere detenti. Idem calices, vasa sacra aurea & argentea, ac hierothecas fiscointulit, & proventus Ecclesiasticos inter Nobilitatem distribuit, sibi tamen meliori portione reservata. Et quemadmodum olim Senatus Romanus Tarquij Superbi è regno ejecti bona populo in prædam dedit, ut hoc modo perpetui contra ipsam belli gerendi necessitas omnibus imponeretur, & pace forte facta, nemo ad id quod omnes rapuissent, restituendum obligari posset: sic Gustavus sacrilegij sui partem inter Nobiles ac proceres distribuit, ne unquam postea, repetundarum metu, cum Ecclesia in gratiam redirent. Et hic quidem murus aheneus contra omnes eorum conatus qui Catholicam ijs in locis Ecclesiam restaurare satagerant.

V. Nec Monasteriorum sacrilegij contentus Gustavus (quæ omnia demolitus fuerat, relictis tantum Episcopalibus & Parochialibus Ecclesijs) etiam tumbas & mortuorum sepulchra inauditofere sceleris, depeculatus est, detractis passim saxis & tabulis marmoreis ac porphyreticis, quibus palatia sua exornaret. Tandem à Deo, qui, ut re-  
 Æte quidam dixit, vindicem habet oculum, ferrea virga percussus, multas alienari & parum sui sibi corporis animi significationes dedit; in primis quando Carolum filium tum puerum de ponte in prætor fluentem deiecit, in quo sine dubio periturus fuerat, nisi satellitum quispiam & ipse se deiciens laboranti salutarem opem tulisset. Ex illo sane tempore miser hic Princeps conscientiz stimulis exagitatus, &

*Nocte discipulorum scelerum sub prætereptis,*

miserabilem admodum vitam duxit, donec tandem invidia & attrabile contabescens, animam exhalavit. Aiunt eo ipso momento quo anima è corpore evolaverat, malum ipsius gentium sub nigri molli forma cubiculum esse ingressum, & dentibus stragula detraxisset: tunc etiam tam horribilem tempestatem per totum regnum fuisse exortam, ut extremus ille dies Mundo finem allaturus videretur.

## DE REGNO, CAPTIVITATE, ET morte Erici regis Narratio.

CAPUT XVI.

### ARGUMENTUM.

- I. Ericus Gustavo succedit.
- II. Magicis studet artibus: & fratrem in custodiam dat.
- III. Post septem annos rursus dimittit.
- IV. De Pontio Lagardio, Gallo natione militia præfetto.
- V. Ericus in nuptijs fratris necem machinatur.

I. **G**USTAVO ad Annum 1560. 29 Septembris defuncto, Ericus filius natus major in regno successit; qui mox pecuniam omnem à patre per fas & nefas collectam partim in bello contra Danos, partim in voluptatibus & luxu consumpsit. De cuius vira & morte (quarum utraque tragica fuit) ex regij Oratoris, qui Anno MDLXVI. eodem missus fuerat, & admirabiles istas mutationes præsens viderat, Commentarijs, itemque aliorum fide dignorum relatu, qui istis in locis diu vixere, pauca hoc loco addere constitui, quod ea ab instituto nostro non sint aliena. Quæ in re non unius alicuius incertam & dubiam fidem sequar, sed quæ ex omnibus mihi non sine magno labore compertis maxime verisimilia videntur, breviter indicabo.

II. Gustavo ex primo cum Saxoniz Ducis filia matrimonio Ericus natus fuit; ex secunda vero cum Nobili Suedici generis puella Margara, Ioannes Dux Finlandiz, Magus Dux Ostrogothiz, & Carolus Dux Sudermaniz. Ericus mortuo patre, religionem eodem in statu reliquit quo eam inuenerat, nec quidquam innovavit. Ioannes vero Finlandiz Dux, nõ vulgare Catholicæ Religionis studium semper ostendit, ut ex sequentibus patebit. Erat quidem Ericus multis animi & corporis dotibus ac tanta fortuna dignis virtutibus ornatus; quas tamen Astrologiæ iudicializ ac necromã-

tiz

tiz studio valde deformauit, & ipsi atque aliis exitiosas reddidit. Quum enim malis illis artibus intellexisset, se ab vno ex magnatibus regno expulsum itiq; Ioannem Ducem Finlandiæ statim suspectum habere cepit, ac tanto magis, quod is, ducta in matrimonium Sigismundi Augusti Poloniæ regis sorore, femina Catholicæ religionis studiosissima, noua illa affinitate, res suas valde munificet. Hæc prima odij inter duos hos fratres fuit femina, quod non nisi cum vita ipsorum fuit extinctum. Ioannem enim è Polonia cum contige vix reuersum, Ericus in arce Wiburgensi obsedit, ac tandem ad deditiorem coegit, inter alia bis centies millium aureorum iacturam passum. Ioanni custodia in cluso Orbeiz in Phynlandia laudatissima vxor, spreta quam Ericus ei offerebat libertate, perpetua comes esse voluit, in eaque captiui are filium & duas filias peperit; ad eas, Georgij Personi potissimum malitia, vterque redacti angustias, vt vix necessaria suppetere quibus vitam sustentarent.

III. Hæc Erici erga fratrem inhumanitas multorum procerum animos ab ipso alienauit, & plurimarum suspicionum ac perpetuæ diffidentia causa fuit. Deserebantur fere quotidie nomina eorum qui contra regem machinati aliquid dicebantur; & falso accusari, aut per formam iustitiæ, aut per sicarios tollebantur. Quosdam etiam rex ipse manu sua occidit, & inter alios pueritiz suæ formatorem hominem sexagenarium: à quo admonitus vt mansuetus ageret, nec se regnumque suum perditum ireret, tyrannus ipso Nerone crudelior, homini optime de se merito pugionem in pectus adegit. Ab eo tempore numquam mentis illum compotem fuisse ferunt, Manibus Præceptoris ab ipso penas exigentibus, & velut alterum Orestem in furorem agentibus, qui illi perpetuus ad mortem vsque fuit comes. Atunt in ipso oculos ita scintillantes sæpe visos, vt eorum aspectum nemo ferre posset, nec propius quisquam accedere auderet. Inter hæc animo varijs curis distracto, præter omnium opinionem Ericus, exacto septennio, quod periculosum sibi fore ex fatidicis cognouerat, velut omni periculo defunctus, fratrem Ioannem in carcere accedit, eumque amicissime non sine lacrimis complexus, rogat vt ignoscere sibi velit: eductumque & libertati restitutum, regni gubernatorem pronunciat. Ioannes actis quam humillime regi gratijs, oblatum munus resulat. Rex nihilominus Stocholmiam reuersus, in

conuentu procerum Ioannem regni Gubernatorem iterum designat: cui tamen illi, quibus regis ingenium perspectum erat, aperte contradicunt, ac nullius præterquam ipsius regis imperium ferre se posse aut velle dicunt. Rex tamen in sententia persistens, Ioannem Gubernatorem regni iterum pronunciat, & ad se vocatum, magno honore excipit, omnia parere ei iussis. Tum Dux, qua erat prudentia, fratri ministrorum circa se in tam diuturna custodia huc illuc dilapsorum solitudinem demonstrat, simulque rogat, vt de suorum numero aliquem vellet adiungere, qui omnium ipsius actionum arbiter esset & testis, & in cuius fide rex ipse posset acquiescere. Rex animaduertens Ducem interea dum hæc loquitur, oculos in Gallum quendam, Pontium Lagardam nomine, oculos habuisse defixos, malo genio (vt exitus postea docuit) instigante, Mi frater, inquit, Pontium hunc tibi, si ita vis, adiungo, cuius forti & fideli opeta ego hæcenus sæpe usus sum, & tu porro vti poteris. Sed quia hominis huius etiam Possennus in Moscouia sua facit mentionem, isque non minimum ad rerum in Sueciam mutationem attulerit momentum, sancto quodam zelo vnâ eum republica religionem quoque mutare frustra conatus; breuiter historiam eius attingam, & posteritati, cuius memoria vir hic non indignus est, tradam.

IV. Pontius Lagarda patriam habuit ignobilem in Languedocia Gallia: prouincia, pagum, Rieus oppido vicinum. Militiam sequutus cum Oitellio in Scotiam profectus est, bellum ibi Franciscæ Galliarum regis auspicijs gerente: quo confecto, cum viginti commilitonibus in Daniam trajecit, cuius rex tum contra Sueciæ regem magnis viribus bellum gerebat. Quem admodum enim pyræutes non nisi in igne splendorem emittit, & Camelus non nisi turbidam aquam potat, sic Lagardæ animus ab omni pace abhorrens, bellum, quo solo emergere se posse sperabat, vnice quaerebat & sectabatur. Nō multo post idem in prælio quodam in Ostrogorthia commisso sauciatus, in hostium potestatem venit. Erico Sueciæ Regi inter alios militabat Gallus quidam è Picardia, Philippus Moraius, Varenna Dominus, præcipuum apud regem gratia locum obtineas, quem, vt & fratres, Gallicam linguam docuerat. Is quum accepisset Gallum hominem è prælio captiuum esse adductum, eum ad se vocat, & monet vt dominum mutet, & ad Suecos transeat, vbi certior hono-

honoris & luculentioris fortunæ apud regem nationi suæ valde amicū, locus ostendatur. Id consilium Lagarda amplexus, à Varennio Erico regi sistitur & commendatur: qui ubi hominem manu ac consilio promptum esse cognouit, domesticorum eum numero, attributo honorifico stipendio, adscripsit. Erat vero Ericus rex mira corporis agilitate præditus, ut etiam vno saltu viginti quatuor pedes superaret; in quibus alijsque corporis exercitijs Lagarda, non minus prompto atque agili, colluctatore utebatur: qui tamen ab alijs monitus, etiam quum vincere posset, regi non inuitus semper cedebat, ac victoriæ gloriam relinquēbat. Hac ille familiaritate fretus, paullatim in gratiam regis ita se insinuauit, ut etiam maximi momenti negotijs sit adhibitus; & à Finlandiæ Duce, rege postea, primarijs regni muneribus præfectus, ut paullo post dicemus. Ad Ioannem redeo:

V. Quo post diuturnum carceris squallorem à rege, ut diximus, in gratiam recepto, Lagarda in Angliam ab Erico ablegatus fuit, ut Elisabethæ nuptias ambiret. Cum repulsa inde ad regem reversus, ab eodem cum exercitu contra Danos missus est. Inter ea Georgius Perfonius varijs suspitionibus & criminationibus regis animum per se letum & inconstantem, exulcerare non desinebat: ex quo factum est ut regem non modo collati in fratrem benefici pœnituerit, verum etiam immani consilio eundem cum fratre Magno & procerum quibusdam, quorum fidem suspectam, habebat, è medio tollere decreuerit. Quem in fine nuptijs suis diem dixit, IV. Julij, An. M. D. LXVII. cum licitoris filia (concupina sua hætenus, quam ob singularem formæ elegantiam perdere amabat, iamque duos ex ea susceperat liberos) Stocholmiæ celebrandis: à quo instituto quum Comes quidam sanguinis cognatione ipsi iunctus, eum dehortaretur, per omnia sacra obsecrans, ne regium sanguinem cum tam vili & abiecta persona misceret, rex iratus hominem statim interfici iussit. In his, inquam, nuptijs Ericus constituerat, eodem modo quo patres ipsorum antea in illo ipso loco à Christiæno rege tractati fuerant (quam laienam Olaus Magnus oculatus testis in Historia sua describit) tam fratres suos quam reliquos proceres excipere ac tractare.

Hoc consilium quum rex inter mutuos complexus coniugi aperuisset; illa, ut erat non corporis modo, sed etiam omnibus animi virtutibus or-

nata, illo vno infelix quod tam humili loco nata esset, tantum facinus sub nuptiarum suarum prætextu patrandum detestata, Ioannem Finlandiæ Ducem monuit ut ab insidijs sibi caueret. Ita enim in regij nostri Oratoris commeatarijs scriptum inuenio. Eorum vero quæ postea contra Ericum suscepta & gesta sunt, quidam solum Pontium Lagardam auctorem faciunt: qui die quodam cum Ducis vxore hunc habuisse sermonem fertur: *Miror equidem, Domina, qui fiat, quod Dux serenissimus, maritus tuus & herus meus, non animaduertat, vniuersi regni, fratris insolentiam & crudelitatem iam admodum perasi, oculos in se defixos esse, & expansis brachijs auxilium & liberationem à tyrannide, ab ipso vno petere atque expectare, ut qui regia ista corona non minus dignus sit, quam immanis iste tyrannus est indignus. Facile ipsi erit, modo velit, regnum hoc occupare, & ex paupere Duce in potentissimum Principem euadere. Quod si cunctetur, periculum sane est ne in perpetuam captiuitatem, e qua non multo ante liberatus est, rursus incidat. Equidem qui cum omnibus militia ducibus familiariter sum conuersatus, illud scio, sex à illa Scotorum regi militantium millia, ob non soluta stipendia iam iam secessionem siue rebellionem moliri. Magnus certe & Carolus Duces ac plerique proceres non minus moleste ferunt, regem thorum suum regium vilissima concubina & licitoris filia nuptijs commaculasse, nec quidquam aliud magis quarunt aut optant, quam occasionem, illam cum omni prole sua exstirpandi. Apprehendenda est occasio, quam fugientem frustra deinde requiras. Iam nimis diu tyrannus ille regnauit.*

In hunc modum peroranti Pontio Ducissa nihil aliud respondit, quam, *Ista quidem dictu, non ita factu esse facilia: simulque hominem monuit, ut in omnibus summa cautione & prudentia vteretur.*

VI. In hoc rerum statu Dux Ioannes vndique de insidijs sibi à rege fratre suo structis, tum etiam de consilijs, quæ cum Mosco agitabat, certior factus, Lagardæ consilio à coniuge accepto uti constituit; ac tentatis procerum, atque etiam Scotorum stipendiariorum animis, quum plerosque conatibus suis fauere animaduertere, sumpta à Stenone Ericsonio mutuo pecunia, ducentos equites primum conduxit; deinde Vasteno occupato, & è gazza ibi reperta census numis aureis & argenteis, iustum exercitum è Scotis & Germanis conscripsit. Quo cognito, Ericus, qui nuper, ut diximus, cum concubina nuptias Stocholmiæ solenni ritu celebrat,

brat, eidem etiam regali corona imposita tumultuarias copias ad duodecim virorum millia contra fratrem & proceres misit, quæ ubi primum in conspectum venêre, magna ex parte ad ipsos transfugerunt. His confirmator Dux cū exercitu ad urbem accedit. Ericus crebris transfugiis territus, & à domesticis non minus quam ab externo hoste sibi metuens, vocatis ad se qui aderant regni proceribus, primo cum ipsis sermonem confert, novū fidelitatis exigens iuramentum: deinde populum tumultuantem alloquitur, & quidnā sibi vellet, aut de quo conquereretur, rogat. Tū omnes vna voce Georgium Perfonium (id est Petri filium ab epistolis, ac præcipuum libidinum ac flagitiorū administrū, ad supplicium postulare. Sic ergo rege non abnuere auso, Georgius vna cum matre scelerum conscia, & venefici ac necromantiæ suspecta ad Finlandiæ Ducem in castra deducitur: in via vero mater ex equo se deiciens, collo fracto, supplicii pœnam & ludibrium euasit: aiunt in via ex ipsa auditum, si filio vel vnum verbum in aurem insurrandi sibi facultas daretur non dubitare quin statim liber futurus sit, Georgius ad Ioannem (quem captiuum antea tam humaniter habuerat) adductus, & duabus horis per exercitum circumductus, præcis naso & auriculis ad furcā adfixis, ipse etiam viuus horā in patibulo pendens, & inde magno cum luxatorum membrorum cruciatu demissus, rursusque attractus, gratū omnibus spectaculum præbuit, & inde depositus cruribus ac brachiis rota contusis, postremo in quatuor partes dissectus, & in compitis ac triuiis epulandus coruis fuit appositus.

Secundum hæc Ioannes Dux urbem arctius obsedit; & tandem amicorum, quos intus habebat, opera occupauit, Lagarda intra portam Septemtrionibus obuersam cum suis recepto: qui sub signis, sed sine citium maleficio ingressus, per plateas, *Viuat Ioannes rex*, ingeminauit. Ericus sub hæc in arcem se recepit, sed mox recollecto animo cū satellitibus & corporis custodibus rursus egreditur ratus se sola præsentia sua hostes disturbaturum. Et primi quidem vultus maiestate territi de via ipsi cedentes, & honoris significationem exhibentes, intra ordines eum receperunt. Tum Rex Lagardam & Stenonem Ericsonium auunculum aduenientes cernens, satellitibus imperat, vt ad nutum suum ambos conficerent. Rectā ad se euntē Lagarda vt se dederet imperat. Tum rex, Tibioe, inquit, *peissime proditor, me dedam? Nunquam hoc*

*fecero: sed iube aliquem mei sanguinis ad me venire;* Appropinquatē Stenonem miles, Erico innuente bipenni in caput adacta, in eum prosternit & conficit; ceteri Lagardam aggrediuntur, qui licet armatus, tribus acceptis vulneribus, sclopeto contra ipsum regem emisso, militum suorum opem in clamans, ægre fuit ereptus. Rex interim satellitio circumdatus ad arcem properabat: sed Lagardæ celeritate præuentus & exclusus, in vicini templi asylum confugit; ubi circumfessus, ingruente iam nocte fratri dedere se coactus est; quicum mox Vestrantium (quam arcem pater ipse ex Ecclesiarum ruinis ædificarat) sub custodia misit, ubi post decem annorum captiuitatem miserabiliter est extinctus A. 1578. (d) Sic Ericus successorem habuit eum quem semper antea suspectum habuerat: eo saltem felix, quod in tam longa captiuitate tot tamque horrenda flagitia & crudelia facinora, quæ durante regno perpetrarat, desistere potuit & apud Deum deprecari. Eius filiorū vnus iam grandisculus in Prussiam primum, deinde in Poloniam transfugit, cui *Sigismundus Ioannis filius, qui tum regnabat* in Polonia, suauiter Ecclesiastico ordini nomen daret, Episcopatum pollicitus: quo tamen ille consilio vti noluit, sed in Moscouiam profectus ducta in matrimonium magni Ducis nepte, dotis nomine amplam admodum prouinciam regendam accepit. Et hoc quidem modo Ioannes Sueciæ regnum occupauit; vel, vt melius dicam, magno omnium ordinum consensu & applausu rex fuit renunciatus. Hic mihi vide fortunæ ludibria, quæ tam potentem regem à tam excelso fastigio in carcerem detraxit; e contra Lagardam ex infimo loco ad supremum fere eduxit: quem Ioannes rex non solum amplissimæ prouinciæ Lituoniæ Proregem fecit, verum etiam generum sibi elegit, elocata ipsi filia notha, & Baronatibus quibusdam in dotem assignatis. Non multo post eundem exercitui contra Moscouiæ Ducem summo cum imperio præfecit, quum is Lutheranorum ignauia, Torpatum insignem ijs locis urbem occupasset, & multa passim damna dedisset. Iamdudum enim magna pars Teutonicorum, qui antea summum ijs locis obtinuerant imperium, Equitum, deserta Catholica ad Lutheranam religionem transierant; tum vero non pauci hac itidem deserta.

Ddd

Giz:

d *Henninges Orbeiam vocat, in qua etiam Ioanne captiuus fuerat.*



Græcicæ seu Ruthenicæ nomen dederant; sic ut nec Pontifici nec Imperio Romano quidquam amplius iuris in se esse vellet. Ex omni oppidanorum numero quingenti vtriusque sexus & omnium ordinum homines reperi fuerunt, qui inde profugiendo fortunatum potius, quam inter Schismaticos (quibus Lutherani non grauatim se adiungebant) viuendo, animæ iacturam facere maluerunt. Tum quidem antiqua illa Teutonicorum in Liuonia Equitum, Moscouitis antea tam formidabilis generositas plane emarcuerat, alijs Lutheranis, alijs Zuinglianis amplexis, alijs abiecta S. Cruce militiæ illius insigni, vxorem ac liberorum greges secum ducentibus: quæ tam morum dissolutiones quam religionum dissidia Liuoniam miserrimis calamitatibus inuoluerunt. (e) Lagarda suscepta contra Moscouitas expeditione non solum imperus eorum repressit, verum etiam Naruam maritimum emporium ab eis antea occupatum, a pessima hyeme obfessum, & sexaginta machinis verberatum, sex hebdomadarum spacio expugnauit, magnam & fortissimam & prudentis ducis laudem adeptus.

Hic iterum aliud ecce tibi fortunæ ludibrium! Varennius enim ille, cuius ope & commendatione Lagardam emeruisse supra diximus, accusatus quod Scotos milites corrumpere aggressus esset, ut Ericum e custodia liberarent. capitis supplicio non multo post fuit affectus. Habeo penes me exemplum litterarum, à Ioanne Sueco ad Carolū IX. Octob. XIV. Anno M. D. LXVIII. scriptarum, quibus de immani erga se ab Erico concepta prodicione conqueritur. Ea veto sic habet *Basiliius Magnus Moscouia Dux Polonia Regis sororem in matrimonium sibi expetierat: verum illa Ioannem Finlandia Ducem ei prætulerat, quum aliis virtutibus, tum forma commendatione capta. Ioanni enim sedenti summam forma gratiam ac proportionis elegantiam fuisse aiunt, quam tamen instante aut incedente non parum deformabat illud, quod erura breuiuscula habebat. Præter multas animo dotes in Principe requisitas, multarum habebat linguarum notitiam, sic ut cum variarum nationum Legatis sine interprete loqui posset. Repulsam hanc quum Ericus Moscum egre ferre sciret ad gratiam eius inuendam per legatos promissit, se fratris intersecti uxorem unâ cum vtriusque sorore, virgine pulcherrima, ad eum missurum. ut illa ipsius Ducis, hac filii viginti tum circiter annos nati coniux esset. Nec mora mittitur statim à Mosco in Sueciam Legatio, in qua sexcenti Nobiles*

*fuisse dicuntur, qui Sponsam vtramque domum deducerent. Quum vero Ioannis ad huc viui coniugem Ericus tradere non posset, pro ea Gustauum viduam, atate ad huc forma florentem (ut qua trigessimum quintum atatis annum vix expleuerat, unâ cum duabus sororibus offert. Omnibus iam fere ad profectiuem in occulto preparatis, femina de iis qua clam ipse rex constituerat, monentur. Tam tristi nuncio percussa misera, cum Magno Duce agunt, eiusque opem implorant: & petio ab Erico comearu, nauigio quasi animi gratia expaciatura vrbe exeunt: quumque aliquot passus processissent, à Magno, qui cum trecentis equitibus eas de compacto expectarat, excepta, magna celeritate ad Ioannem Finlandia Ducem deducuntur. Rumor tum percipitur, Ericum spe sua frustratū ira & in dignatione in desperationem versa, urbē Stocholmiam incendere, & collectis rebus preciosioribus in Moscouiam transfugere decreuisse. Verum enimvero multa eiusmodi sæpe contra Reges ac Principes confingi, & ad conciliandum ipsis odium, ac subditos ad rebellionem excitandos in vulgus spargi solent, vti tum Erico accidit, qui, ut diximus, miserabili morte in carcere fuit extinctus.*

QUOMODO IOANNES REX Catholicam religionem in Suecia restaurare conatus sit, eoque defuncto Sigismundus filius regno priuatus.

## CAPUT XVI.

## ARGUMENTUM.

- I. Ioannes Rex Suecia Catholicæ religioni clam additus.
- II. Lagardum ad Pontificem mittit.
- III. Quid eius conatibus obsisterit.
- IV. Infelix mors Lagardis.
- V. Ioannis Regis dissimulatio in Lutheranis doctrinis & Catholicis caeremonijs.
- VI. Eius filius Sigismundus, Rex Suecia, paterno regno spoliatus.

**I**OANNES III. quam Sueciæ regem factum diximus, quamvis Lutheranâ toleraret, animo tamen Catholicam colebat religionem: in cuius

e *Russius Lutheranus Scriptor in Liuonica Historia fuse describit Calamitates Liuonia post Lutheranismum Inuictum,*

ius rei signum multa à Possuino colliguntur ab eodem pie facta, & Catholicam fidem sapientia: ut quod sexta cuiusque feria ac statorum dierum ieiunium coluerit, quod Quadragesimale, ut Apostolicam traditionem, obseruauerit; quod S. Eriici & S. Birgitta corpora & ossa thecis argenteis rursus inclusa, per Catholicos sacerdotes in pristina loca reponi iusserit; quod denique multa alia fecerit quibus animus eius Catholica fide imbutum fuisse, facile probari possit. Ad uxorem eius Catharinam quod attinet, numquam illa a peccatis Catholicæ religionis exercitium intermisit, in qua & Sigismundum filium diligenter educauit. Quin etiam, marito nondum ad regium fastigium euecto, proprium sacellum habuit in quo sacrum Catholico ritu peragebatur: ad quod multi quoque incolæ confluere solebant. Missus est eo Annæ Poloniæ reginæ (quæ Catharinæ soror & Stephani Battorij vxor erat) rogatu à Gregorio XIII. PP. Sacerdos quidam singulari doctrina & vitæ integritate præditus, ad Catholicam Ecclesiam restaurandam, & cum rege clam congregatus, etiam atque etiam ab ipso monitus fuit, ut zelo suo moderaretur, nec quam ob causam venisset, statim omnibus aperitur, atque ita ipse sibi in limine aditum obuallaret. Quo tamen eius opera ad eandem rem commodius uti posset, eidem in Stocholmicensi nuper ab se instituto Gymnasio theologiæ professionem demandauit: quo quidē munere ita ille perfunctus est, ut breui non exiguum studiose iuuentutis partem à Lutheranismò abstulerit. Quum vero diutius latere non posset, Catholicum aperte se professus, in templo quod Lutherani antea tenuerant, & frequentes magna omnis ordinis & ætatis accurrente hominum multitudine, conciones habuit, & sacrum Catholico plane ritu celebrauit. Inde nonnulli in spem erecti. Reginam obsecrarunt, ut pro Catholice religionis, qua florentis, regnum etiam totum omni prosperitate floruerit, instauratione apud Regem intercederet. Quin etiam ipsum Regm adierunt, idem petentes verum ille simulate, procrastinare multa impedimenta causari, nec tamen spem omnem præcidere: Regina interim apud maritum vehementer instantem, ut quandoquidem regnum pacate possideret, ac non solum pacem cum vicino Dania rege, verum etiam eam ad rem à fratre suo Polonia rege parata auxilia in propinquo haberet, ut tam iusto subditorum desiderio satisfacere, ac tam sanctum opus, quale est Catholica Ecclesia restauratio, aggredi vellet. Et si enim hæresis omnia longe lateque tenere videbatur, non-

dum tamen Catholica religionis radices ita exstirpata erant, quin viridantes quidam rami ac stolones quotidie progerminarent. In eo sane vehementer cum peccatum fuit, quod accensis tam sancto desiderio hominum animis non statim plures doctrina & integritate præstantes homines eo ablegati sunt, qui bono illi homini in retam ardua auxiliares præberent manus. Neque enim facilius est hæreticum quam infidelem conuertere. Nam ut populi sub imperium redacti facile in officio contineri, subditi vero semel rebellionem moliri difficulter admodum ad obedientiam reduci possunt, ut qui peccati sibi conscij, nec aliorum fidem experiri sibi tutum ducant, nec suæ ipsi fidei idoneos obfides dare queant: eodem modo difficile admodum est obedientiæ iugum ijs rursus imponere, qui semel id abiecerunt, & ab Ecclesiæ gremio sese subdixerunt. Vulgarum est verbum, non esse peius hominum genus, quam apostatarum siue Mamulchorum, quibus Turcarum tyranni vires præcipue innituntur. Sic nullos infestiores hostes habet Ecclesia quam hæreticos, qui vbi semel Ecclesiæ valedixerunt, raro aut numquam ad eam reuertuntur. Deo certe, ut quidam ex Patribus ait, multo minus laboriosum esset (si modo in Deum caderet labor) Mundum fabricari, quam hominem deuium ad Ecclesiam reuocare: quid ibi nihil nisi obedientiam, hic nihil nisi resistentiam & contradictionem se reperiturus.

II. Porro Ioannes Rex quamuis, ut Possuinus contra Chytræum testatur, Catholicæ Ecclesiæ restaurandæ esset cupidus, lente tamen admodum progrediebatur, conatus suos, quantum poterat, occultans. Lagarda ab eo in consilium adhibitus suauis, ut rem cum Romano Pontifice ac Poloniæ rege affine suo commuicaret, interim vero caute omnia ac prudenter ageret, ne immature prolatum consilium disturbaretur, & turbis occasionem daret. Idem Romam proficiscendi negotium in se suscepit, Pontifici regis desiderium aperturus, & de modistantâ rem perficiendi consultaturus. Vix vllum aliud impedimentum obstare videbatur, quam bona Ecclesiastica à Nobilitate iam dudum occupata, Episcoporum ac sacerdotum coniugia. Huic quidem posteriori obstaculo illud remedium quaesitum, ut Rex promiserit, secum Pontifici venia miseris illis maritis munia sua quoad viueret, obira liceret, curaturum se ne posthac quisquam admitteretur, qui non fidè daret Romana Ecclesiæ legibus se paritutum. Ad prius quod attinet, idem rex

pollicitus est, se de prouentibus Ecclesiasticis ducenta libellarum millia de fisco, cui olim illata erant, restitutum: dum interim alij proceres ipsius exemplo moti idem facerent; quibus illa vi sine maximo periculo eripi non possent. Additum est hoc fuit, ut Pontifex communionem sub vtraque specie populo id vniuersi flagrantem concedere vellet. Cum his mandatis Lagarda, aliam Legationis causam prætexens, Romam profectus est: sed mox re siue coniecturis & suspitionibus, seu sectis indicijs deprehensa, Magnus & Carolus Duces Regis fratres & regni primores, ac Nobiles, metu ne prouentus ac decimas tum etiam Abbatis, Prioratus, aliaque Ecclesiastica beneficia à Ioanne Rege sibi ac maioribus in naturæ operæ compensationem assignata amitterent Regem adierunt, ac multis verbis rogarunt, ut domum reuocato Legato, ab incepto desisteret, nec nouis turbis regnum inuolueret. Similiter boni illi, martyres scilicet, Episcopi & prælati vxorati sub Gústauo non ignorant, Apostolicis legibus maritis nequaquam permissum esse res sacras tractare, aut diuinis fungi officijs, nec Pontificem in Ecclesiasticis legibus tot Conciliorum auctoritate confirmatis, dispensare solere, querelis omnia miscebant, omnemque mouebant lapidem, ne feminas dimittere cogerentur, aut ex ijs nati liberi pro spuris & illegitimis haberentur.

III. Itaque primum hoc ac sanctum opus reginæ feminæ religiosissimæ mors interrupit: quæ si diutius aliquanto vixisset, procul dubio, quæ erat incredibili animi magnitudine & ardore, omnes difficultates & impedimenta facile superaturam fuisse, spes erat. Summam eius pietatem & vnicuique vtrumque vltima verba demonstrant, quibus reginæ sic affata esse dicitur: *Post meum, inquit, excessum iube ut veri, id est, Catholici Christiani, qui in tuo regno sunt, pro me Deum orent; et si coronam hanc ad posteros tuos transmittere cupias, ante omnia operam da ut Ecclesia Catholica restauretur. Cui optimæ coniugis voluntati rex obsequutus, iusta ei Catholico more persolui curauit, ac per vniuersum regnum pro anima ipsius preces fieri iussit. Dum vero frequentissima Nobilitate in magno illo Upsalix ab se instaurato templo, demortuæ exsequijs intereissent, audita sunt (sapienter, sine dubio regis consilio) inter multa alia elogia, à pseudoarchiepiscopo eius ciuitatis, è suggestu declamante, hæc ipsa verba: *Regina inter ceteras præstantissimas dotes, auitiam Lagellonorum et aliorum Christianorum regum religionem Catholicam, sine qua nemo**

saluus esse potest, constantissime semper retinuit. (A) Post coniugis excessum rex multis vndique difficultatibus circumseptus Lagardam domum reuocauit, qui rem ob quam missus fuerat, multo quam potuerat impeditiorem Romæ deprehendit. In sacro enim illo Consistorio nihil nisi matura habita deliberatione, omnibusque in quamcumque partem accurate pensulatis decernitur, nec facile à legum norma deflectitur. Lagarda Roma discedens Catholicos quosdam sacerdotes secum adduxerat, qui miseris Catholicis tam diu religionis suæ exercitio destitutis, solatium aliquod afferrent: sed in Sueciam reuertens, eum rerum statum deprehendit, ut metus esset regi Catholica religionis instauracionem molienti, ab iisdem à quibus illi imposta fuerat, regia corona de capite decuteretur. Quum ergo rex ipso facto hæc in re quidquam aperte moliri, nec posset nec auderet, quod proximum fuit, cum Archiepiscopis, Episcopis & alijs Prælati Lutheranis agere statuit, ut ab ijs quas haberent coniuges retinerentur, Eucharistia populo sub vtraque specie præberetur, ac Missa vulgari lingua perageretur in ceteris Catholicis ritus obseruarentur. Et cum his quidem non difficillima fuit transactio, facile cetera ferentibus, modo nuptiæ ipsorum & coniugia non interpellarentur; Nobilitas nequaquam potuit induci. Et hoc quidem modo res omnis in suspenso mansit, imo spes omnis eius perficiendæ plane decollauit, non sine suspicione etiam ab ipso Lagarda multas remoras fuisse obiectas, ne tot bonis Ecclesiasticis à rege, quem totum sibi habebat obnoxium, muneris loco acceptis, exueretur.

IV Vidimus hæc tenus Lagardam in summa collocatum dignitate, ac præcipua Suedici regni negociaturam quasi administrantem: ac tempus iam est ut idem insignis summæ in humanis rebus inconstantia nobis spectaculum præbeat, nec opinato & mirabili casu tum potissimum deiectus, quando iam trabali veluti clauo fortunam sibi confiram possidere videbatur. Missus n. à rege ad renouandas cum magno Moscouiæ Duce inducias, confectis mandatis, maritimo itinere domum reuertens, quum iam fere Reualix portum teneret, allisa ad scopulum nauis proræque ita alleuata, ut puppis in qua sedebat, in aquam subderet, excussus ac fluctibus haustus periit, numquam.

a. Possessio in Refut. Resp. Chytrai.

quam postea visus Hic Lagardæ fuit exitus, qui è milite gregario dux, ac tandem Lituoniæ Prorox, ac regis gener factus, quod fortunæ debuit ladi-  
brium, ignobili morte perfoluit; ex vxore notha regis filia, duobus filijs & vna filia relicta.

Diximus paullo ante, reginam morientē vltimis suis votis regē obsecrasse, vt Catholicā Ecclesiam restauraret: quibus etsi rex satifacere vehementer cuperet, metu tamen regni amittendi (videbat enim Mundum opponere se ei quod cælum ab ipso flagitabat) tentare nihil audebat: quamuis interim non obscuras daret significationes, tam sanctæ rei exsequendæ non voluntatem, sed facultatem sibi deesse, adeo vt multa contra animi sententiam permittere cogeretur. Cuius insigne hoc loco ponam exemplum.

V. Erat Stocholmiæ Curio quidam seu sacerdos, homo bene doctus, qui sacra munia ad formam Lutheranæ-Papisticæ, toto regno vsitata, obibat: qua in Baptismo infantium exorcismi, crucis signationes, cerei, alizque Catholicæ Ecclesiæ ceremoniæ ac ritus adhibentur, & puerperæ à puerperio in Ecclesiam primum ingressæ, cereum & panem offerunt. Narrarunt mihi duo nostrates Nobiles, qui Pontij Lagardæ supradicti vxoris, naturalis Ioannis regis filiæ, exsequijs, ab ipso rogati, interfuerunt, iisdem fere quibus apud Catholicos fieri solet, ritibus eam fuisse elatam & sepultam. Nam & sanus processisse sacerdotes & clericos ac scholares, crucis signum præferentes, & funebres cantilenas concinentes. Demortuam feretro impostam iacuisse, aperto vultu, quasi viua adhuc esset: sandapilam vero panno serico albo, argento & intertexto, & insigni argentea cruce decorato fuisse connectam. Eunere ad sepulchrum delato, à sacerdotibus preces recitatas, deinde duas cruces, vnâ ad caput, alteram ad pedes fuisse collocatas, ac tandem elemosinas inter pauperes fuisse distributas. Nec vero in hac tantum re, sed etiam in omnibus pane alijs. Lutheranos illos iisdem quibus Catholicos, uti ceremonijs, vestitu ac precationum formulis, sed in doctrina Lutheri sequi dogmata, iidem oculati testes mihi affirmarunt. Sed ad rem Curio ille, siue sacerdos, de quo dicere cœpimus, licet in externis rebus ad reliquorum sui ordinis vitam ac mores plane se conformaret, nunquam tamen, vt vxorem duceret, induci potuit. In concionibus vero idem S. Petri & successorum primatum, & clauium Ecclesiasticarum potestatum, itemque Ecclesiæ antiquitatem & vniuersalitatem, ut & sacerdotum colitatum tanquam Apostolicam

traditionem, strenuè propugnabat. Episcopi & reliqui quorum id intererat, regem ad eum, sacerdotem illum Papistam esse aiunt, qui proculcatis regni legibus à superioribus regibus iam pridem abolita dogmata assereret, magno cum populi undique ad eius conciones audiendum accurrentis applausu. Rex vicissim eis hominis doctrinam & egregiam apud omnes existimationem proponit, monens vt errores ei suos veri argumentis ac rationibus demonstrarent: verum illi regem ac regium Consilium non prius vrgere cessarunt, quam bono illi homini mandatum fuit, vt à publicis habendis concionibus posthac abstineret. Ac quamuis rex importunas Lutheranorum Prædicantium flagitationes surda aure non semel acceperit, tandem tamen iisdem victus, eo ipso tempore quo nuptias cum Gonella Bielkia, quam priore mortua, vxorem duxerat, celebrabat, hominem ad se accersit, & septem præsentibus Episcopis, eorum quæ publice docuisse diceretur, rationem reddere iubet. Quod quidem intrepide ille fecit: multis rationibus demonstrans, nullam aliam esse Ecclesiam quam eam in qua S. Petrus Apostolorum Princeps, eiusque successores Romani Pontifices continua serie præsederint: ceteros vero omnes spiritus esse & adulterinos. Quem eius scimonem Episcoporum quidam interpellans, Patres ipsius aiebat esse, non docere suos superiores, sed eis obedire. Vocatum esse vt errorem agnosceret ac deprecaretur, non vero vt facundiam suam ostentaret. Retocaret ergo errorem, ac Papæ dominationem, tanquam tyrannicam, desisteret, ac regni legibus ac regis Edictis obediret. Rex etiam ipse hominem obsecrabat, vt temporibus cederet, ac periculo se liberaret, multa ornamenta & honores pollicitus. At ille in sententia immotus persistens, paratum se esse aiebat, doctrinam hanc sanguine suo obfirmare; neque coram hominibus id confessurum, quod coram Deo negaturus esset. Tum Pseudoepiscopi multo magis tremere, & hominem quamprimum exterminandum dicere. Regis tamen intercessione factum est, vt mitior in eum pena lata fuerit, degradationis scilicet, quæ iisdem quibus apud Catholicos ritibus fuit peracta. Die ad eam rem constituto Catholicus hic sacerdos in Cathedrale templum deductus fuit, vbi tum rex quoque, licet inuitus, erat, vt actui interesset. Tum loci Episcopus, & sex alij Episcopi Pontificalibus induti, & insulas capitibus, ac pedum manibus gestantes, præconterucis signo, eadem pompa & maiestate quæ in Catholica visitur Ecclesia, processerunt. Post longam

eam habitam ab eorum vno orationem, hæreseos scilicet, damaato capilli abraduntur, raditur etiam locus qui sacro oleo quum sacerdotio inauguraretur, vnctus fuerat, vt & digiti, quibus sacram hostiam tractarat. Tandem sacerdotali exutus habitu, & laicali seu vulgari amictus, ex Ecclesia eliminatur. Eum rex in remotam valde ab ijs locis prouinciam secedere iussit, & discedentem non solum viatico iuuit, verum etiam ad reliquum vite honeste transigendum, annuos prouentus assignauit. Meræus quidem, qui actum hunc præfens spectauit, in suis ad me literis testatur, non se tantam, sed multos quoque alios insignem huius hominis constantiam valde esse admiratos; quumque illo ipso die in Sigismundi Principis, regis filij, & dibus hominem forte vidisset, dicentem audiuisse: *Parum esse hoc quod illo die pertulerit, præ illo quod pro Christi ac vera religionis amore pati porro paratus esset.*

VI. Hic rerum in Suecia fuit status, vsque ad regis Ioannis mortem, qui defunctus filium reliquit Sigismundum, è Poloniæ regis sorore natum, & à matre in Catholica religione à teneris vnguiculis diligenter educatum: qui concordibus procerum ac statuum suffragijs rex electus ac coronatus, patris sequutus exemplum, religionem in quo eam acceperat statu reliquit. Idem Stephano Battorio mortuo Anno 1586. Idib. Dec. Poloniæ rex electus Caroli, Austriæ Archiducis, &c. maiorem natu filiam Annam vxorem duxit. E Suecia discedens, quatuor proceribus regni gubernationem demandauit, *Carolo patrio* (qui vnus ex Gustavi progenie supererat, Magno (post occupatum quoddam S. Brigittæ cœnobium, in furorem verso & miserabiliter extincto) diffidens: qui non multo post quatuor viros illos regnum auare & crudeliter administrantes comprehendit, ac supplicio affecit: nec contentus vicaria regni administratione, & subditi ac patruu officium oblitus, reg-

num ipsum affectauit. Quo cognito, Sigismundus classe conducta, in Sueciam traiecit, & ad Calmariam tempestate eiectus magis quam expositus, cum tribus hominum millibus reætâ Stocholmiam contendit: Carolus medio fere itinere cum quatuordecim Dalecariorum, qui totius regni bellicosissimi habentur, millibus sese obiecit. Cum eo colloquutus Sigismundus, iniuriam quæ sibi & legitimo regi & patriæ fieret demonstrauit. Carolus vicissim (vt numquam deest rebellionis prætextus) regi exprobrauit, quod ad mutandam religionem & restituendum Papismum in regnum venisset, quod sine summa verum omnium perturbatione fieri non posset, si præsertim bona Ecclesiastica à proceribus & ijs qui hæctenus ea possederunt, repellantur. Eum scilicet in finem ab ipso Iesuitas adductos, idque Pontifici ab ipso promissum, vulgi rumore circumferri. Sigismundum liberius forte quam temporis ratio postulabat, loquutum, Carolus, commisso leui prælio superior, capit, ac Stocholmiam abducit: vnde ille pauld post assumpto naucleri habitu profugiens, in Poloniam redijt, nondum etiam dum spe regni recuperandi, & Catholicæ religionis restituendæ abiecta. Hoc successu fretus Carolus, regem postea se tulit. Ad hunc modum florentissimum quondam Sueciæ regnum sub Lutheranæ schismate varias mutationes sensit, tribus legitimis regibus intra breue tempus è regio throno deturbatis: & quod longe pessimum est, in locum religionis Lutheranæ Papisticæ passim, vt etiam in Dania, Calvinismus sese ingessit. Sed spes est, fore vt per acerba illa hæreticorum dissidia & factiones, in Septemtrionalibus illis regiois, crebris mutationibus obnoxijis, sed erga legitimos reges bene affectis, Catholica tandem religio restituantur.

## APPENDIX

## DE SVCCESIONE ET CONTENTIONE REGVM

Sueciæ, Daniæ ac Noruegiæ

Illustrabit hæc appendix ea, quæ de regibus hisce capite 14. ac 15. dicta sunt, æque enim Genealogia Regum, ac Chronologia cum Topographia illustrat historiam. Sic igitur habet ex ipsorum A catholicorum Scriptorum Genealogicis libris, nempe Eliæ Reufneri & Hieronymi Hennings Familij epitomen successionis & fortunæ. Septentrionalium Regum, quo facilius utpote domesticis eorum scriptoribus fides habeatur.

Haquinus Rex Noruegiæ

Ingeburga nupta

Erico Duci Sueciæ, ex familia  
Regum Sueciæ orto.

Magnus Rex Sueciæ factus est,  
emortua alia linea cognatorum suo-  
rum Obijt Anno 1326.

Magnus Smechus Rex  
Sueciæ post patrem, ac  
Noruegiæ post pro-  
prium. Regnum Sue-  
ciæ amisit ab Alber-  
to II nepote ex foro-  
re creptum,

Euphemia  
nupta Alber-  
to I. Megapo-  
lensium Duci  
dedit occasio-  
nem Regni filio  
Alberto, II.

Haquinus Rex Nor-  
uegiæ, vxor Margari-  
ta Filia VValdemari  
III. Regis Daniæ, &  
hæres, capto Alberto  
II Rege Sueciæ A. 1398.  
Tria Regna Daniæ,  
Noruegiæ & Sueciæ  
Coniunxit.

Adoptauit post mortem  
filij sui Olai, Ericum ex  
sua sorore Ingeburga  
nepotem, natum Ducem  
Pomeraniæ, qui tenuit  
A. 1411. tria Regna Da-  
niæ, Noruegiæ & Sue-  
ciæ Obijt sine prole  
A. 1438. Successit ei

In Nor-

In Noruegiæ & Daniæ Regno Christophorus natus ex Sophia (sorore Erici Regis sine prole defuncti) & Ioanne Palatino Comite Bauariæ Duce (filio Ruperti imperatoris), obiit A. 1448. sine prole. Vxor eius fuit Dorothea Brandeburgica quæ nupsit Christiano I. ex stirpe Comitū Aldenburgicorum, qui per eam Rex Daniæ ac Noruegiæ factus est. Et A. 1457. etiam Sueciæ, sed non ultra septem annos cum Sueci Carolum reuocarunt. Vnde iterum ad arma ventum est, vltro citroque damnosa. Obijt non recuperato regno Sueciæ A. 1482.

Ioannes II. Rex Daniæ & Noruegiæ recuperauit quidem A. 1597. regnum Sueciæ, coronatus 26 Nou. Sed eo breui per Stenonem excidit. & obiit Anno 1513.

Christianus II. Rex Daniæ & Noruegiæ ius in Regnum Sueciæ bello requisit, & demum A. 1520. recepit. Sed exequendo sententiam papæ aduersus schismaticos ab offensis A. 1521. deiectus est dum abest à Regnis, in Germania agens apud Carolum V. Gustavo Trollio Sueciam & Daniam ac Noruegiam præripiente Friderico patre suo,

Fridericus Dux Holstariæ & c. Lutherizans Daniæ ac Noruegiæ regna Christiano I. excluso est nactus, quæ etiâ A. 1532. captum ad vitâ detinuit. obiit A. 1533.

Christianus III. Rex Daniæ & Noruegiæ, Lutherismum stabiliiuit confiscatis bonis Ecclesiasticis. Obijt A. 1559.

Christianus IV. Rex Daniæ & Noruegiæ,

In Sueciæ Regno Excluso Christophoro electus fuit Carolus quidam Filius Canuti Torde. intestinis dissensionibus, & bellis à Christiano I. Rege, Daniæ ac Noruegiæ impetratus Anno. Regni octavo in exilium secessit Dantiscum Anno 1457. & Sueci se Christiano I. Daniæ & Noruegiæ Regi submiserunt. Sed septennio elapso Carolus reuocatus est Anno 1464. obiit A. 1470. relictis solum filiabus duabus.

Exinde Gubernatores Sueciæ fuerunt aliquot.

I. Steno Suer A. 1470 qui obiit sine prole A. 1504.

II. Suanro Stur cognatus eius obiit A. 1512. eius filius

III. Steno Stur Iunior succedit, fuit particeps Schismatis aduersus Pontificem Romanum excitati in Suecia. Obijt A. 1520.

IV. Gustauus Trollius obfles Christiani II is à Daniâ profugiens bello feliciter gesto vindicauit Sueciam, sibi & libertati Lutherianæ & A. 1518. factus est Rex Sueciæ. Hic bona Ecclesiastica per regnum confiscauit, & proceribus ex parte distribuit, arcem ex quodam Monasterio extruxit, in qua filie eius continuo captiui fuerunt, obiit demum A. 1560. 29. Sept.

Ericus Rex Sueciæ factus An. 1560. fratrem septem annis captivum tenuit, in maniam versus amarus est A. 1568.

Ioannes, post fratrem obmaniam captivum factus, Rex constituitur, A. 1568.

FINIS LIBRI QVARTII ET PARTIS PRIMÆ.

FIORI-